







Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/bibliothecaelibr02apol

LGr
A643H

...Apollodorus Atheniensis

Bibliothecae
libri tres...

Vol. 2

AD

APOLLODORI ATHENIENSIS BIBLIOTHECAM NOTAE

AVCTORE

CHR. G. HEYNE

CVM

COMMENTATIONE

DE APOLLODORO

ARGVMENTO ET CONSILIO OPERIS

ET CVM

APOLLODORI FRAGMENTIS.

196854
23.6.25

PARS I.

GOETTINGAE,
Apud IOH. CHRIST. DIETERICH.
1783.

Quid mihi in hac ad Apollodorum adnotatione propoſitum fuerit, etſi ipſa res loquitur, paucis tamen exponere non grauabor. Igitur vt ad Apollodorum illuſtrandum animum adiicerem, me non tam Apollodori cauſſa impulit, vt haberem in quo ſcriptore reſtituendo et emendando operam criticam collocarem; quae ſane ſatis leuis foret opera, et ad grauiorem forte ſcriptorem melius transferenda; quam ipſa mythologiae ratio, cum eam nec ſatis bene a multis teneri, neque recte tradi viderem. A mythis tamen, vt iterum hoc moneam, omnis priſcorum homi-

num cum hiſtoria tum philoſophia procedit, neque adeo is, qui aut hiſtorias antiquiorum aetatum tractat, aut philoſophiae origines et religionum cauſſas inueſtigat, curſum recte ſuum inſtituere poteſt, niſi a mythis, tanquam carceribus, progreſſus ſit. Ita ad omne animi iudicium grauiſſima res eſt, vt de mythis ipſis notiones inſideant mentibus verae et explicitae. Nam qui fabulas indole, genere, aetatis interuallis, cauſſis, vſu, non immane quantum inter ſe differre didicit, ſed pro poetarum ludibriis, anilibus narratiunculis et vanis commentis habet omnia, quae ſub fabularum nomine memorari audierit, ei ſane iraſcendum non eſt, cum mythorum naturam et indolem vſumque tam parum aſſequatur, ſi ſtudium eorum omne inane et friuolum eſſe ſtatuit. Ad poetarum lectionem fabulas cognitu vtiles eſſe nemo vulgo inficiatur; ſi tamen nihil aliud quaeritur, quam vt laſciuientium ingeniorum commenta et

lu-

lusus animis teneamus, miseranda sane est sors nostra, quod tam bona aeui huius fugientis pars his nugis perditur. Verum in litterarum studiis etiam ea animi vis fingenda et regenda est, quam phantasiam appellamus; fingere animo noua, apta, pulcra, aut ab aliis ficta diiudicare et probare res est multi et docti studii. Haec poetis legendis vt assequamur, allaborandum est; eadem porro ad artis seu priscae seu recentioris opera transferimus; hinc ad vitae, ad morum elegantiam; sic induimus ingenii ac sensus illam vim, quam gustum pulcri verique appellamus, quem qui assequutus fuerit, nae is ad virtutis et honestatis studium praesidia habere videtur haud vulgaria. Verum vsus longe maximus fabularum est ad interpretationem cum poetarum tum aliorum scriptorum inprimis antiquiorum, maxime ad declarandum priscorum hominum morem sentiendi et sensa animi eloquendi, ad sermonem symbolicum et a rebus sensui subiectis

repetitum, cuius veſtigia vix alibi tam expreſſa et manifeſta ſuperſunt quam in mythis antiquioribus; quid quod magna fabularum poeticarum pars ex hoc enata eſt, quod vetus ſermo ſymbolicus ſeu allegoricus in factum hiſtoricum fuit mutatus, quod adeo retexere et ad priſcam formam reuocare haud difficile eſt. Hic idem priſcorum hominum, in ipſis vitae initiis conſtitutorum et hinc ad prima humanitatis et litterarum elementa progreſſorum, ſermo, ex quo paullo ſubtilius intelligi et cognoſci a noſtris popularibus coepit, iis ad meliorem interpretationem antiquiorum litterarum ſacrarum, in quibus oratio ad ſenſus eorumque iudicium accommodata vel maxime regnat, praeſidia et adiumenta noui generis attuliſſe videri poteſt; quemadmodum vera poeticae orationis natura et indoles perſpecta ad antiquiora in libris ſacris carmina, hymnos et vaticinia recte interpretanda facem praetulit. Vt igitur in hoc altero ſtudium genii poeſeos,

poſt

poſt V. S. R. Lowth, ita in illo vera notio mythorum et ſermonis mythici plurimum ad ſaniorem litterarum ſacrarum interpretationem profuiſſe videri debet. Verum vt illa omittamus, in ipſis poetis legendis et interpretandis cum haud dubie de inuentione rerum non minus laborandum ſit interpreti, quam de verborum ſententiis, vera mythologiae doctrina qui deſtitutus eſt, nihil ad ſummam rei proficiet. Cum enim poetis tanquam materies, e qua petant aut argumenta carminum aut ornamenta, ſubiecti ſint mythi: quid in aliqua fabula nouatum poetae ingenio et inuentum ſit, nemo perſpexerit, qui vulgarem narrationem et antiquiorem fabulandi modum non animo teneat. Ita quid Sophocles, vt hoc exemplo vtar, in Oedipode in ſcenam inducendo ex ingenii ſui facultatibus depromſerit, non facile aſſequaris, niſi quae alii poetae de fabula hac prodiderant in promtu ſint. Atque haec illa ſunt, quae inpri-

 mis

mis animos iuuenum erectiores et generosiores ad antiquissimum quemque scriptorem rapiunt, quod principes illos scriptores omnis generis aut vident aut sentiunt vbique occupasse ea, quae in quaque re primo loco erant dicenda, quae ipsa res, ipse naturae impetus, sensus, mens, subiicere solet, quaeque adeo cum veritate et simplicitate naturae sunt maxime coniuncta, habentque ad animum, nondum seculi genio imbutum, vim tanto maiorem, quo minus ei adspersum est argutae artis, quae delectat quidem suauitate sua, vim tamen naturae sensusque infringit. Contra seriores scriptores facile animaduertas, non minus inter Graecos quam multo magis inter Romanos, operam lusisse in iis quae sibi relicta esse videbant ab antiquioribus, studiumque adeo transtulisse ad expolienda, ornanda, varianda, nouanda, eadem quae iam ab iisdem erant tractata, adhaesisse adeo iis quae secundaria habenda sunt, captasse sae-

ſaepe tenuia et parua, in orationis elegantia et ſuauitate aut exornatione elaboraſſe; in qua quantum illi conſequuti ſint, et quam longe poſt ſe reliquerint ſuperiores ſcriptores, in aprico eſt; at diuinum illud in inueniendis rebus et ſententiis, et in eloquendi ſimplicitate, proprietate et grauitate, antiquioribus illis nulla vnquam aetas eripiet; multo minus id a poetis Romanis expectari poterat, quorum ingenia in reddendis latine iis, quae ex graecis litteris transtulerant, conſumitur. Ad haec igitur et ſimilia alia vt iuuenum animos converterem, ſaepe circumſpicere coepi libellum, ad mythologiam recte ac docte tradendam comparatum, ſimulque ea mythorum expoſitione inſtructum, vt eius aliquis vſus eſſe poſſet in antiquorum poetarum et hiſtoricorum lectione. Habeo enim in votis, vt exiſtat aliquando vir doctus, qui, mythologia Heſiodea, tum Homerica, ſeorſum expoſita, deinceps colligat, quae ex anti-

quioribus poetis et hiſtoricis extant paſſim aut ex iis hauſta, aut ad verbum deſcripta fragmenta; quo facto haud difficile erit cognoſcere ea, quae ſeriorum ingeniorum luſu verius quam inuento acceſſere. Equidem vt in hos fluctus me immittam, nec hic aetatis gradus admittit nec aliae rationes meae. Itaque intra illud conſilium me continui, vt, cum vidiſſem in libello Apollodoreo occurrere ea, quae maxime et cognitu eſſent neceſſaria et ad poetarum antiquiorum lectionem vtilia, et ad priſcas mythorum rationes cognoſcendas fructuoſa, (nam pro conſilio diuerſo diuerſa mythologiae tractandae ratio eſſe debet, ſi quis v. c. artium operibus cognoſcendis aut poetis recentioribus ſimilem libellum conſcribere vellet) vt, inquam, hunc libellum ita ederem, vt legi ſine nimis magna offenſione poſſet. Cum tamen in ipſo opere intelligerem, vix me id quod volebam, conſequi poſſe, recteque ne editoris quidem munere defungi, niſi par-

partim lectionis, modo emendatae modo corruptae, caussas redderem, partim Apollodorum ipsum in multis illustrarem, consilium inii hoc, vt in adnotationem hanc semel susceptam coniicerem quoque ea, quae ipsis magistris, qui Apollodorum interpretarentur, ad fabulas explicandas essent vtilia. Monui itaque passim ea, quae ad indolem mythi, ad eius origines, incrementa, variationem, perspiciendam necessaria esse videbantur; fontes et loca classica apposui: inprimisque animos lectorum conuertere volui ad ea, quae poetarum ingeniis, variis variandi et ornandi studiis, et a quibus caussis consiliisque, deberentur; vt intelligeretur, quae fabularum antiquior esset simplicitas, qui ornamentorum fontes, quid inde tragici, epici, lyrici, hauserint, quantum a patriis religionibus, a fama maiorum, ab historicis, philosophis, rhetoribus, grammaticis, ad ea melius deteriusque constituenda profectum sit. Ita desinent tandem homines pu-

putare, vt in hiſtoriis eadem res diuerſis modis narratur, eodem more fabulas diuerſe tradi; contra vero ita ſtatuent: eandem rem, ſeu inde a gentis originibus ſeu fama maiorum acceptam, ſeu a vetere auctore, ſymbolice forte, enarratam, tam variis modis a poetis diuerſi generis eſſe ornatam et variatam, mox ſeriorum interpretatione in melius aut in peius conſtitutam. Cum tamen non illud agerem, vt mythologicum opus conſcriberem, alienum erat, fabulas ſingulas copioſe exponere; breuitatis vero ratio vel maxime mihi erat habenda. Itaque, quae iam alibi docte et accurate expoſita noſſem, ad ea lectorem remiſi; de aliis verbo monui, quod ſapienti ſat eſſe videbam; ſubſtiti interdum in exquiſitioribus; omnino vero iacere volui fundamentum, cui ſuperſtruerent alii, pro ſuo quisque conſilio, ingenio et facultate, quantum vellent. Poterunt quoque hoc ipſum opus alii emendatius et auctius recoquere. Nihil

hil enim dare volui nec potui, quod in hoc genere esset absolutum ac perfectum. Res est infinitae lectionis mythica doctrina; et saepe etiam hunc inter laborem humanam sortem conqueri libuit, cui cum semel ex superiorum seculorum inuentis, iudiciis et opinionibus, conflanda sit sapientia, in hac vitae breuitate et fuga tot rerum cognoscendarum necessitas imposita est, vt vel in hac vna disciplina (at quam leui dices, quam parum cum vitae rationibus coniuncta!) vitam aliquis consumere possit. Omnino tamen de mythorum ratione et indole nonnulla, iis, qui in hoc tramite pergere volent, cognitu nec iniucunda forte nec inutilia, subieci in disputatione de Apollodoro eiusque libello Notis his subiecta. Cetera visum est melius tradi posse, si ipsis rerum exemplis appositis in singulis caussis, non vniuerse, monerentur. Vtinam mihi operam hanc meam ita regere et describere licuisset, vt criticam adnotationem seiunctam da-

rem

rem ab illustratione mythologica; sed cum omne hoc quicquid est operae, necessitas potius et vtilitatis respectus, Graecis iam prelo exscriptis, exprimeret, quam vt consilium ab initio susceptum et animi lubido me ad illud ferret, reseruandum hoc erat secundae recensioni, qua facile erit et discernere haec et singula perficere.

Subieci tandem fragmenta Apollodori. Inter primos conatus, ad quos, cum ad haec studia animum reuocassem, deferebar, propositum olim erat hoc, vt seculum Ptolemaeorum, tanquam temporis epocham ad omnem litterarum, philosophiae et religionum conditionem, quam nunc videmus, initiis et seminibus iam tum sparsis maxime memorabilem, studiosius illustrarem: multa hic in vario litterarum genere animo occurrebant, quae nisi expositione rerum in istum modum instituta non satis intelligi et perspici possent; erat igitur animus scriptores Ale-

Alexandrinos, in his Apollonium Rhodium, Eratoſthenem, reliquos, ita excutere, vt, quae ad genium ſeculi perſpiciendum vim haberent, elicerem. Erat in his Apollodorus. Verum *vitae ſumma breuis* — *ſpes longas reſecare* iubet. Reſtitui Apollodorum, qualem quidem exhibere licuit, mutili ac diſcerpti corporis fruſta; attamen vel ſic *magni nominis vmbram;* ſi modo quis animum attenderit ad tempora et homines, inter quos vixerit, cum, primum bibliotheca et muſeo dato, locupletatis litteris, homines docti ad rerum diſcendarum copias ordine diſpeſcendas, tempora et hiſtorias accurate deſcribendas, animos conuerterent. Noluit nos fortuna eorum opibus frui: ſed noſtris vſibus ſeruauit grammaticorum paleas, et monachorum ſcorias: ex his iterum eruenda ſunt pauca pretioſi metalli ramenta, quae aetatis iſtius aureae copias ad opinionem et coniecturam noſtram adumbrare poſſint. His interea tanquam

micis

micis et frustulis ex diuite coena residuis fruendum est, et acquiescendum in prouidentia numinis, quod in his pristinae fortunae reliquiis, ex temporum naufragio et clade seruatis, digerendis et in varios vsus conuertendis vires animi acuere nos et perficere voluit.

NOTAE
AD
APOLLODORI
BIBLIOTHECAM.

AD LIB. I.

'Απολλοδώρου τοῦ 'Αθηναίου Γραμματικοῦ Βιβλιοθήκη. Ita in ſcriptis libris inſcribitur libellus: (cf. Gale diſſ. p. 35.) niſi quod τοῦ ante 'Αθηναίου plerumque abeſt. Apud Grammaticos laudatur, vel 'Απολλόδωρος ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ ap. Schol. Soph. Antig. 992. vel 'Απολλόδωρος ſimpliciter, vel 'Απολλόδωρος ἐν α΄. β΄. γ΄. In Scholiis ad Il. α, 42, vbi de Danai fuga ex Aegypto: (v. inf. II, 1, 4.) ἱστορεῖ δὲ 'Απολλόδωρος ἐν δευτέρῳ. ad

Il. β, 103. de Ius erroribus (v. II, 1, 3.) ἡ δὲ ἱστορία πλατύτερον κεῖται παρὰ Ἀπολλοδώρῳ ἐν τῇ ά. (τῷ ά). Eadem Scholia ad β, 494. de Cadmo (v. III, 4, 1.) ἱστορεῖ Ἑλλάνικος ἐν Βοιωτιακοῖς καὶ Ἀπολλόδωρος Βιβλ. γ'. κεφ. δ'. Sed vltima haec a feriore manu adiecta esse non dubito; et in Schol. mſ. Leid. et al. legitur tantum Ἀ. ἐν τῷ γ'. Mirari licet, Grammaticos hanc diſpertitionem in tres libros agnoſcere, cum in Apollodori codd. nulla diſtinctio et partitio occurrat. Ea, quam nunc habemus, ab Aegio facta eſt; forte ad Grammaticorum ductum; poterat vtique fieri ſubtilius. cf. *Gale diſſ.* p. 46. Ab hoc eodem viro docto, Galeo inquam, diſtinctio in capita et ſectiones facta eſt, ſed ſatis indiligenter: nihil tamen mutaui, ne novae turbae fierent; verum ſeiunxi rerum argumenta inter ſe diuerſa intervallis verſuum relictis.

Aegius, qui primus Romae 1555 hunc libellum vulgauit, de ſuo adiecerat περὶ θεῶν, libris duobus diuerſis pro eodem

dem perperam habitis. Eum refellit Gale diss. p. 35 sq. V. inf. fragm. librorum περὶ θεῶν.

Γραμματικοῦ nomen, quod codd. exhibent, vindicat etiam Strabonis auctoritas lib. XIV. p. 976 D. (661.) et Photius p. 458. Ἀπολλοδώρου γραμματικοῦ βιβλιδάριον ἀνεγνώσθη μοι. Βιβλιοθήκη αὐτῷ ἡ ἐπιγραφή.

Βιβλιοθήκη intell. μύθων, vel ἱστοριῶν, vt Diodori.

Mythologiae primum caput constituit *theogonia*: quam c. 1-4. persequitur Apollodorus: subiicitur *raptus Proserpinae*, c. 5. *Gigantomachia* c. 6, 1. 2. et *Typhonis pugna*, c. 6, 3. inde ad *fabulas Hellenicas* progreditur. Sed illa primo loco exposita omnia ad antiquiores mythos spectant, et genus eorum aliquod proprium efficiunt, quod ex priscis philosophematibus super rerum origine, elementorum confusione et facta mox discretione, caelique ac terrae formatione, (vnde eadem *theogonia*, quae *cosmogonia*)

 tum

tum ſuper nonnullis phaenomenis motuum terrae, procellarum, ignium terra erumpentium, natum eſſe, indagantibus haud obſcurum eſt. Verum ſubtilis alicuius philoſophiae veſtigia in iis quaerere velle, non minus alienum eſt a temporum hominumque rudi ſimplicitate, quam ſi Aegyptiorum ſapientiam cum Attica ſubtilitate comparare volunt. Vna vel altera enuntiatio, nunc in vulgus nota, inter rudes homines pro docto effato haberi variisque modis repeti, ornari, variari potuit ac debuit. Haec temporum genius, tum ipſa res, docet. Iam philoſophemata illa, ſi ita dicere licet, ſeu opiniones et narrationes de rebus phyſicis, (*φυσικὴ διήγησις τῶν ὄντων* Vet. Schol. Theogon. pr.) quibus verbis a primis auctoribus enuntiatae fuerint, quique auctores ſingularum fuerint, nunc ignoratur: ſed hos aut ſua ab exteris populis accepiſſe, aut ipſos aduenas fuiſſe, probabile fit, quia cum Thracum, Phrygum, Phoenicum, Aegyptiorum placitis ple-

pleraque conueniunt, ab Pelasgorum autem et Hellenum rudibus ingeniis aliena esse videntur; verbis porro eos auctores vsos esse prorsus symbolicis, pro antiqui sermonis nondum elaborati ratione et indole, ex tot vestigiis manifestum sit; ex quibus patet, notiones rerum, inprimis elementorum, tum caussarum, effectuum, virium, eorumque quae cuique rei propria sunt, mutatas fuisse in personas, quae in deos, daemones, heroes abierunt. Eadem effata mox, omni philosophica ratione neglecta, tractarunt ornaruntque poetae variis diuersisque consiliis: cum aut theogonias conderent, vt Hesiodus, (nam antiquiora illa carmina vnius fere mythi nec multorum versuum fuisse apparet; tum eandem rem, v. c. elementorum pugnam, multis modis versabant et variabant) adeoque plura, antea sparsim lecta et narrata, in vnum corpus congererent; aut in epicas narrationes, vt Homerus, transferrent, aut in heroum maiorumque historias easdem fabulas inferrent et intexerent.

Multa ex theogoniis partim manſere in teletis, partim per eas, inprimis quae Orphicis tribui ſolent, fuere deprauata; alia ſerius corrupta per ea quae ex Oriente et Aegypto allata ferebantur. Ex his ſeruata paſſim nonnulla ſunt, vt in Argonaut. et Hymnis Orphicis, in Apollon. I, 497 ſq. et Schol.; in Aeſchyli Prom. paſſim, cf. Schol. ad 954. in Agam. 176 ſq. in Eumen. 163. 727 ſq. 781 ſq. in Damaſcio περὶ ἀρχῶν Exc. in Wolfii Anecdot Gr. T. III. Exc. Timothei Chronologi ap. Cedren. Comp. hiſt. p. 57 ed. Par. Alia coſmogonia eſt apud Ariſtophan. in choro Av. 694 ſq. Alia commentis alienis interpolata, quae Atlantibus omnia tribuit, eſt apud Diodor. III, 56 ſq. alia in Ouidii Metam. pr. alia in Hygino; quae autem ſub Pronapidis nomine apud mythographos recentiores circumfertur, a Boccaccio, Gyraldo et Natale Comite vulgata, ſuppoſititia eſt. Nulla eſt ex his, cum qua Apollodorus prorſus conſentiat; accedit tamen proxime

me ad Hesiodum, etsi nec eumdem ordinem seruat, nec Amorem memorat, aut Eridem et alia; probabile sit, eum maxime expressisse Pherecydem, vt in aliis. *Tria fabularum systemata*, a diuersis ingeniis profecta, agnoscere licet, *Vrani*, *Croni*, *Iouis*, quae *in temporum successionem* dispescuit seriorum sollertia. Conf. ad sq. Commentat. de Theogonia Hesiod. in Commentat. Soc. R. Sc. Gotting. 1779. Vol. II.

CAP. I.

§. 1. Οὐρανὸς — γήμας δὲ Γῆν. Id quod sit vel existit, quocunque tandem modo, in Theogoniis et Cosmogoniis dicebatur *nasci* et *generari*: haec notio necessario ducebat, in sermone inprimis rudi, ad *coniugia* et *amores*. Nati hinc loquendi fabulandique modi, huic fabularum generi proprii, iidemque poeticae tractationi ornationique valde accommodati. Sic *Caeli et Terrae* amores et amplexus ad vim naturae generandi et fecundandi

aptiſſimi ſunt: ſimiles *Aetheris et Terrae* complexus apud Virgil Ge II, 324 ſq. et iam ante Lucret. I, 251. ſq II, 991 ſq. cf *Comment. de Theogonia Heſiod.* l. c. p. 135 ſq. Γύην iam ab Aegio excuſum et per edd. propagatum retinui: quia procliuior lapſus ex hoc in Γύγην, quem vnus Medic. offert, quam vice verſa. Eadem varietas in aliis locis in hoc nomine, vt ſtatim in Heſiodi Θ. 149. Notae ſunt diſputationes hac de re Bentl. ad Horat. II. C. 17, 14. Heinſ. ad Ouid. II. Am. 1, 12. Munk. et v. Stav. ad Hyg. p. 3. Briareum, Aegaeonem et Gygen eundem facit Schol. Apoll. I, 1165 et ex eo Eudoc. p. 91. At Briareum et Aegaeonem tantum pro vno eodemque habendos ex Il. α, 403. 404. edocti ſumus. Κόττον vero mox ſine dubitatione reſtitui ex Heſiodo v. 149. 617. 713. manifeſtum enim vitium, Κοῖον, erat, quod et Scholio Aeſch. Prom. 351. inſidet. Coeus mox inter Titanas recte memoratur, inter Centimanos autem Cottus etiam

etiam ab aliis, vt a Palaeph. c. 20.; Apud Athenag. Legat. c. 15. Κόττυς editur.

ſ. 2. αὐτῷ τεκνοῖ Γῆ verba haec vncinis incluſi, cum e margine ea illata eſſe admodum probabile ſit; nam totam orationem languidam et ignauam reddunt. Tum τεκνοῦν nunc de matre diceretur, quod paullo ante de patre erat dictum, et ſtatim iterum dicetur, vti ſollennis loquendi vſus fert; Etſi vnum et alterum exemplum, in quo et mater τεκνοῖ, occurrere non negem; vnum apud noſtrum, lib. III, 10, 1. de Alcyone: ἣ θυγατέρα μὲν ἐτέκνωσεν Αἴθουσαν. et Diodor. IV, 68. ἡ δὲ Τυρὼ — ἐτέκνωσεν Ἀμυθάονα. Lycophr. 962. ἡ δὲ δαίμονι — σκύλακα-τεκνοῖ. cf. Heſych. in τεκνοῦσα. Mox Ἄργην pro Ἄρπην, vt ex libris legebatur, reponere minus dubitaui; eſt enim hoc nomen apud Heſiod. v. 140. idem fuit apud Pherecydem, vt ex Schol. Eurip. ad Alceſt. pr. colligo. Eadem nomina Cyclopum memorat Euſtath.

ſtath. p. 1622, 50. Steropes et Brontes fratres ſunt ap. Schol. Aeſchyl. Prom. 921. Ἄργος apud Athenag. l. c. Aſteropen alii, Aſteropaeum Euphorion ediderat ap. Schol. Nic. p. 17. „Ἢ Αἴτνην ψολόεσσαν ἐναύλιον Ἀστεροπαῖον leg. ἔναυλόν τ' Ἀ. Sunt autem hi *Cyclopes* theogoniae diuerſi ab iis, quos in Sicilia collocat Homerus et hinc alii poetae; alii quoque fuere Argis, qui Tirynthem muniuerunt cf. de his Schol. Eurip. Or. 965. Schol. Heſiod. v. 247. e quibus diſcimus, Hellanicum Cyclopas a Cyclope Caeli filio duxiſſe. Vnius oculi in fronte iam ap. Heſiod. mentio l. c. etſi ab initio oculos tantum rotundos nomen innuiſſe videtur. Quod ad *Tartarum* attinet, hunc Apollodorus ex Heſiodo adumbrauit v. 719. vbi praeclarus de eo locus. Ceterum hi Centimani et Cyclopes ſunt Vranidae illi, qui primi fuere in Tartarum detruſi. Hos int. ap. Hom. Il. ε, 898. vbi Schol. et Euſt. per Οὐρανίωνας intelligunt Titanas, minus recte.

(p. 2.)

(p. 2.) f. 3. Κρῖος, qui Hesiodo Κρεῖος Θ. 134. et 375. vbi editur Κρίῳ sed v. Graev. ad h. l. Male apud Proclum Κροῖος, et apud Diod. V, 66. Κριὸς scriptum. At Κοῖος (v. p. 8. f.) nunc bene memoratur, vt ap. Hesiod. l. c. et al. add. Sch. Il. ξ, 274. Coeus quoque ap. Virgil.

καὶ νεώτατον ἁπάντων Κρόνον: sic legitur ex Aegii emendatione. In scriptis vitiose: *καὶ γενεώτατον. γεννεώτατον. γενναιότατον.* Possis suspicari fuisse: *καί γε νεώτατον.* sed Apollodorus non ita loqui solet. Bis scriptum vel lectum fuerat *νε. νε.*

Themis Vrani filia. Si itaque Θέμις Διὸς occurrit, vt ap. Eurip. Med. 211. est *Fas Iouis.* *Mnemosyne* inter deas antiquissimas multis in locis: vc. Hymn. in Merc. 428. Itaque et Romae in Pompa Circensi inter deos XII. gestabatur. Dionys. Hal. VII. p. 460. l. 31. (p. 468.) *Dionen* Hesiodus non agnoscit; (alia ei est inter Oceanidas v. 353.)

qui

qui omnino ſex tantum Titanidas, quinque Titanes enumerat; At ſeptenos, Phorcyne adiecto, ſeptenasque Titanidas Orphica diſciplina tradebat. v. ex Proclo fragm. Orphic. p. 374. VIII, v 21 ſq.

Ἀγανακτοῦσα δὲ Γῆ. Hactenus primum ſyſtema *Vrani et Vranidarum*: erepta generandi ac creandi vi conſtitutus eſt mundus rerumque ordo. Hoc duplici modo fuit expoſitum; ab aliis, vt vires, quibus Vranus vſus erat, Centimanos et Cyclopes dictas, in Tartarum detruſas, h. e. extinctas, dicerent, ab aliis, vt Vrano exſecta eſſe genitalia fabularentur. Attexitur nunc, tanquam ſi, ſuccedente ita rerum ſerie, vnum alterum excepiſſet, aliud alterius poetae ſyſtema *Croni et Titanum*. Hoc Heſiodus non habet. Sed ſtatim is ad Iouis facinus, quo Cronum regno deiecit, pergit. ἅρπην int. enſem falcatum; cuius vſus in priſcis temporibus frequentari debuit, nam in antiquiſſimis fabulis vbique ἅρπη memoratur, non haſta nec aliud telum. Perſeum

eo

eo insigniri notum est. In Typhoeum Iupiter cum harpe insurgit inf. I, 6, 3. p. 22. Mox τοῦ ῥέοντος αἵματος pro ἀποῤῥέοντος, καταῤῥέοντος: forte hoc ipsum scriptum fuit. *Erinnyum* ortum hunc v. ap. Hesiod. Θ 183 sqq. sed is earum nomina nondum norat. Occurrunt illa in Orphicis: Arg. 966. Noctis filiae sunt apud Aeschylum: v. Schol. Lycophr. 406. Apud eund. et apud Schol. Soph. Oed. Col. 42. (qui tamen minus bene ad Eumenidas id transtulit) a Crono susceptas eas dixerat Epimenides (nisi Empedocles leg.)

„Ἐκ τοῦ καλλίκομος γένετο χρυσῆ Ἀφρο-
„δίτη,
„Μοῖραι δ' ἀθάνατοι· καὶ Ἐριννύες αἰολό-
δωροι.

f. leg. αἰολόδειροι, quae quaquauersus lustrant et indagant scelera, vt vlciscantur. Matrem earum Euonymen ib. ex Istro excitatam videbis.

— in l. vlt. ἐκβαλόντες excidit f. αὐτόν.

(p.

(p. 3. l. 1.) τούς τε ταρταρωθέντας Vat. Med. Reg. 3. Dorv. vt saepissime in scriptis Apollodori excidit praepositio, quia compendio scripta erat. καταταρταροῦν et alii, v. Sext. Hypot. III, 24. p. 180. ibique Fabric. παρέδωκαν: libri consentiunt in παρέδοσαν. Lapsu scribi coeperat παρέδωσαν vt Medic. habet. Reducti autem a Titanibus Centimani et Cyclopes, mox a Crono iterum sunt Tartaro inclusi.

ὁ δὲ τούτους μὲν τῷ Ταρτάρῳ πάλιν δήσας καθεῖρξε. Excidisse videri potest ἐν. ἐν τῷ Ταρτάρῳ vt inf. 1, 2, 1. καθείρξαντες αὐτοὺς ἐν τῷ Ταρτάρῳ. Et sic iam emendabat Faber. ἐθεσπιῴδουν. ed. R. ἐθεσπεσιῴδουν. Mox τὴν δὲ ante ἀδελφὴν exciderat P. Reg. 2. 3. Antiquissimi autem inter vaticinantes Caelus et Terra: quae etiam Delphicum oraculum prima tenuit; vt inter deos marinos Oceanus et Nereus. Videtur adeo antiquior aetas alias ac diuersas notiones fouisse hac super re. Ad nostrum loc cf. Hesiod.

Θ.

Θ. 463 ſq. Δήμητραν. Pal. Δημήτορα. Dorv. Δήμητρα. Reg. 2. 3. Δημήτερα. Sane Δήμητρα et Δήμητραν paſſim promiſcue frequentari videas: vc. Diod. V, 68. 69. Δήμητραν defendit van Stav. adv. Munk ad Hygin. f. 147. *Veſta* maxima eſt natu, confuſa mox cum Terra, Cybele, matre Deum, Diana, Cerere. Hym. in Ven. 21. Ἰστίη ἣν πρώτην τέκετο Κρόνος ἀγκυλομήτης. qui ſequitur verſus, ex interpolatione irrepſit, et erat forte, Ἥρην δ' ὁπλοτάτην. Mox voc. Πλούτωνα in Pal. non erat. Heſiodo et aliis antiquis Ἅδης eſt.

εἰς Κρήτην. Quae ſequuntur, ad *mythos Cretenſes* ſpectant; ſed eadem varie ornata ſunt a poetis. v. Schol. Il. ο, 318. add. Eudoc. p. 195. vbi τὸν δὲ Δία ὑπερέθετο ἐν Κρήτῃ leg. παρέθετο. Traxere mox *Iouis natales* ad ſe Arcades; hinc noua fabularum ſeges; ſequitur eos Callimachus ita, vt Iouem apud eos natum, ſed in Creta educatum narret H. in Iov. 10 ſqq. De *Curetibus* antiquiſſimi et ob-

obſcuri ſunt mythi: confuſi ii cum Corybantibus et cum Dactylis Idaeis, qui primi ſub Ida ferrum fabricati ſunt: v. Schol. Apoll. I, 1129. confuſae quoque fabulae Phrygiae et Cretenſes. Loc. claſſ. Strab. X, p. 710 ſqq. ταῖς Μελισσέως παισὶ Νύμφαις. Legebatur antea Μελισσέων. emendatum ex Zenob. Cent. II, 48. qui locum exſcripſit, vt iam monuerant Gale ad h. l. Munk. ad Anton. Lib. c. 19. v. Hygin. Aſtron. II, 13. vbi Parmeniſcus auctor laudatur, qui in Aratum ſcripſerat, et Didymus ap. Lactant. I, 22, 19. *Adraſtia* etiam Apollonio memorata lib. III, 133. *Melias* Nymphas alii appellant, vt Callim. in Iov. 47. De *Amalthea* fabulae miris modis ornatae et variatae, inpr. ap. Eratoſth. c. 13. Alia de ea ex Pherecyde tradit noſter inf. II, 7, 5. p. 155. Mox (p. 4. l. 5.) γεγενημένον. vel γεγεννημένον, vt Pal.

CAP. 2.

ſ. 1. (p. 4.) ἐγενήθη. emendant Faber et Gale ἐγένετο. Forte compendiis litterarum

ſcri-

ſcriptum erat ἐγένετο ἤδη τέλειος. Thomas M. p. 189. 190. γεννηθεὶς et ἐγεννήθην in nullo probato ſcriptore occurrere affirmat. Debebat ſaltem dicere, non admodum id frequentari. Nam occurrit v. c. in Anthol. p. 163. Steph. in carmine Lucilii, etſi altero loco recte expulere viri docti. Videtur autem diſtinguendum: *naſci, natus eſt*, γεννᾶν, ἐγεννήθη. at pro, *erat*, ἐγένετο, et h. l. ἐγενήθη, a γένω, γενάω, etſi vtraque vere habenda eſt vna eademque vox. Mox σύνεργον, vt πάρεργος. Sollenne tamen συνεργὸς eſt; et ita excuſum eſſe debebat. Ceterum cf. ad hoc Caput Schol. Aeſchyl. Prom. 351. Μῆτιν. hanc Heſiodus in hac re ignorat. Sed is conſilium petere et accipere a parentibus Caelo et Terra Rheam narrat: Nam v. 471. μῆτιν συμφράσσασθαι, *conſilium ſibi ſuppeditare*, parentes precatur. Fuit igitur hoc, quod Apollodorus narrat, commentum ſerioris poetae. ὑφ' οὗ reſtitui, pro vulgari ἐφ' οὗ, vt iam emendarant Commel. Fab.

 Gale,

Gale, qui ſic mſſ. habere ait; at, quinam ii ſint, non addit. Ex noſtris vnus Regius B. ὑφ' habet, Med. ἀφ'. ἐξήνεγκε πόλεμον. Sic emendaui, pro ἐσήνεγκε, adſtipulantibus Pal. Ox. Dorv. vtroque Reg. Diuerſa: εἰσφέρειν πόλεμον τινὶ, et ἐκφέρειν π. πρὸς vel ἐπί τινα, quod ſaepe Polyb. Diod. Mox μαχομένων δὲ αὐτῶν ἐνιαυτοὺς δέκα. Tempus definitum Heſiodus. ſi bene memini, non habet. Annos *decem* Homerus memorat, in minis Iouis, vbi vulnera, quae fulmine diis inflicturus eſt, vix *decimo anno* ſanatum iri ait, Il. ϑ, 404. Ceterum haec eſt decantatata illa *Titanomachia*, celebrata carminibus eo nomine inſcriptis, quorum vnum Eumelo vel Arctino, aliud Thamyridi, aliud Lino auctori adſcriptum memoratur. Ex iisdem mox multa translata in Gigantomachias: vnde inſequuta eſt frequens illa apud ſeriores confuſio vtriusque fabularum generis. Ita iam apud Tragicos, v. c. Eurip. Hec. v. 472. *Titanes* pro Gigantibus a Ioue fulmi-

mine proſtratis memorati ſunt. Egregius de pugna Titanum locus Heſiodi Θ 617 ſq. l. penult. Κάμπην, monſtrum; ex antiquiorum forte delineatione, ſed in maius portentum auctum, exhibet illud Nonnus Dionyſ. XVIII, 236-264. In l. vlt Cyclopes et Centimani iterum e Tartaro reducti Ioui additi ſunt ſatellites. cf. Schol. Aeſch. Prom. 921.

(p. 5. l. 2.) καὶ ἀστραπὴν exciderant in ed. Par. pro κυνέην vitioſe codd. κυανέην. κρατοῦσι Τιτάνων, inque iis inprimis Crono potiuntur; etſi eius nec in Heſiodo expreſſa ſit mentio cf. *Comment. de Theog. Heſ.* p. 149. Detruſi autem et illi in Tartarum: v. Heſiod. l. c. 716 ſqq. et Il. ϑ, 479 ſq. Vnde etiam minae Iouis apud Homerum ſiunt, ſi Iouis iuſſis haud pareant, detruſum iri deos in Tartarum fulmine percuſſos: v. Il. ϑ, 10 ſqq. vbi πληγεὶς intell. de fulmine cf. v. 405. 455. Fulminis enim perpetuus Ioui vſus pro telis, in pugna cum Titanibus, cum Gigantibus, cum Typhoeo.

κατέστησαν φύλακας. rem exponit Hesiod. Θ. 733 sq. In ed. Rom. vitiose scriptum erat: καθέστησαν. Inde a Commelino κατέστησαν. At scripti dant καθίστασαν, quod adeo praeferendum; etsi et inf. II, 1, 3. p. 79. Iuno φύλακα αὐτῆς (Ius) κατέστησεν Ἄργον. cf. etiam I, 6. p. 23. de Delphyne. Mox λαμβάνει pro λαγχάνει sollenni lapsu Vat. Sortitione hac nihil celebrius. In fine τὴν ἐν ἅδῃ nunc placuit; alias vbique ἐν ἅδου, ex communi vsu.

§. 2. Ὠκεανίδες τρισχίλιαι meliore ordine Dorv. Vat. Med. duo Regii. Sed vox τρισχίλιαι, si recte equidem iudico, omnino est aliena, ex Hesiodo v. 364. huc translata; et septem tantum nomina sequuntur. Latissime autem hoc *Oceanidum* nomen patet, et poetas passim noua earum nomina excogitare aut ab aliis parentibus ortas deas in earum numerum referre videas; contra ex Oceanidibus aliae in alium ordinem passim fuere translatae: vc. Τύχη quae ap. Hesiod.

ſiod. v. 360. inter Nymphas has memoratur. Στύξ. recte repoſuit Aegius; in libris eſt στύξων vel στυξὼν, στυξόν. adeo corrupta eſt lectio. *Styx* tamen mox quoque ſ. 4. et 5. memoratur; neque inter Oceanidas princeps (v. Heſiod. v. 361.) omitti poterat. Poſſis coniicere Στὺξ. Ζευξὼ, fuiſſe. Sed ſunt innumeri in hoc libello librariorum lapſus, qui eos arguunt indoctiſſimos ſermonis graeci fuiſſe. Εὐρυνόμη mox c. 3, 1. mater Gratiarum; eadem quae cum Thetide excepit Bacchum fugientem. v. Schol. Il. ζ, 130. Ἀμφιτρίτη alienum ab h. l. nomen, mox ſ. 3. vt apud Heſiod. 243 inter Nereidas commemorandum. Poſſis Ἀμφιρύτην coniicere vel cum Commelino Ἀμφιρὼ ex Heſiod. v. 360. Potuit tamen Amphitrites nomen ab indocto homine ceteris eſſe adſcriptum: verbo, eiiciendum eſt. At Κοίου mox recte, vnde Latona Κοιηὶς ap. Callim. in Del. 150. et Ovid. VI, 366. *Coei filia.* Hymn. in Apoll. 62. Λητοῖ, κυδίστη θύγατερ μεγά-

γάλου Κοίοιο. Θείας, cuius filius Ἥλιος, praeclaram mentionem facit Pind. I, 5, pr. Euryphaessam matrem edit Hymn. Homer. in Solem; sed de hoc v. Intpp. ad Hygin. p 10. Εὐρυβίας τῆς Πόντου. ex emendatione scripsi: vulgo leg. Εὐρυβοίας τοῦ Π. In nomine similis lapsus ap Tz. ad Lyc. 1175. In articulo perpetuus in primis his capitibus librariorum est stupor. Sustulere etiam τοῦ iam alii, vt Canter. N. L. IV, 13. In ed Rom. etiam τοῦ πλούτου, nam in libb. fere est πούτου. Εὐρυβίαν defendit Hesiod. v. 239. 375. Confunditur cum eo alterum nomen Eriboea, Ἐρίβοια.: cf. Tz. ad Lyc. 1283. Mox *Perses* v. Hesiod. 377. 409. est is, cuius et Asteriae filia est Hecate mox f. 4. cf. inf. I, 9, 1. p. 41. Idem etiam Περσαῖος. cf. Ruhnk. V. C. ad Hym. in Cer. 24.

(p. 6.) f. 3. Ἀσίας τῆς Ὠκεανοῦ. in vitiosam lectionem τῶν Ὠ. conspirant scripti. In matre discedit Apollodorus ab Hesiodo, qui Clymenen memorat v. 508. etiam

etiam Schol. Aeſchyl. Prom. 347. ὃς ἔχει τοῖς ὤμοις τὸν οὐρανόν. ita emendatum ab Aegio: in libb. erat ὃς ἔχει ὠμόκτον. etiam Dorv. τοῖς ὅμοκτον. Vitium ex compendiis litterarum ortum. In Pal. τοῖς ὤμοις καὶ τὸν οὐρ. Eſt autem ἔχειν pro ἀνέχειν. Sed et Heſiod. v. 517. Ἄτλας δ' οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει — κεφαλῇ τε καὶ ἀκαμάτοισι χέρεσσι, et ap. Pauſ. V, 18. in arca Cypſeli: Ἄτλας δ' οὐρανὸν οὗτος ἔχει· τὰ δὲ μῆλα μεθήσει. Et inf. II, 5, 11. p. 140. μὴ βουλόμενος τὸν πόλον ἔχειν. De *Promethei* parentibus diuerſa tradunt Schol. Il. ξ, 295. et Aeſch. Prom. 18. *Menoetium* memorat ſaltem Heſiod. v. 514 et Schol. Aeſchyl. Prom. 347.

ſ. 4. Ἐγένετο — Χείρων. cf. Apollon. II, 1235 ſq. et ibi Schol. Hygin f. 138. et ibi Intpp. Schol. Lyc. 1200. Adſciuerat autem Cronus formam equi. Κένταυρος interpretamentum redolet. De Chironis morte v. inf. II, 5, 4. p. 121. 2. Ἄνεμοι καὶ Ἄστρα cf. Heſiod. v. 378. ἄστραι Vat. ἄστραια Med. Πέρσου δὲ

καὶ Ἀστερίας Ἑκάτη. De *Hecate* eiusque potentia v. Hesiod. v. 409 sq. Genus aliter constituunt alii. v. Schol. Apoll. III, 867 et 1034. cum Schol. Theocr. II, 12 et 36. Στυγὸς τῆς Ὠκεανοῦ. iterum vitiose scriptum erat τῶν. Hesiod. v. 383 sqq. Στὺξ δὲ τέκ' Ὠκεανοῦ θυγάτηρ, Πάλλαντι μιγεῖσα, Ζῆλον καὶ Νίκην etc. — Κράτος et Βία ex Aeschyli Prom. noti. Per Ζῆλον videntur felicitatem, secundum rerum cursum, designasse, cum coniunctus sit cum Victoria.

§. 5. μετὰ τῶν παίδων. in scriptis μετὰ τῶν τέκνων. rem narrat Hesiod. v. 389 sqq. vbi v. 398. Styx venit σὺν σφοῖσι παίδεσσι. cf. Schol. Il. τ, 127. in quo fere similia leguntur.

§. 6. Φόρκος. Aeg. ediderat Φόρκυς, quod et libb. fere habent, Comm. Φόρκις. ed. Par. Φόρκος, quod retinui, quia mox Φόρκου et Φορκίδες sequuntur. inf. II, 4, 2 iterum vtrumque occurrit. Nec refert, quam e trinis formis praeferas, Φόρκος, Φόρκυς et Φόρκυν, vt ap. Schol. Od. ν, 96. Etiam apud

Vir-

Virgilium *Phorcus* Aen V, 240. eſt; Apud Heſiodum Φόρκυς, υος et υνος: vnde et ἀγήνορα Φόρκυν dixit v. 237. (non Φόρκην vt editur.) Εὐρυβία. iterum prave Νηρεὺς Εὐρυβοίας in ſcriptis; et in editis Εὐρυβοία. cf. ad ſ. 2. Mox iterum praue legebatur Ἠ. τῶν Ὠκεανοῦ. Ἅρπυιαι. Eadem Tz. ad Lycophr. 166. ex h. l. de iis inf. I, 9, 21. v. ad Aen. III. Exc. I. Typhonis filias eas edit Val. Fl. IV, 428.

(p. 7.) Φόρκου δὲ καὶ Κητοῦς Φορκίδες Γοργόνες. de quibus inf. II, 4, 2. p. 95 ſq. Primum in Φόρκου conſentit omnis lectio; ſed mox Φορκυάδες vbique legitur; niſi quod Dorv. et Regis Φορκιάδες. Emendaui Φορκίδες, vt Φόρκου poſtulabat, et vt inf. alt. loco legitur; libris enim noſtris omnino propter librariorum imperitiam et incuriam in nominibus propriis nusquam fere obtemperare licet. Et ſic fere alii Φορκίδες; v. Schol. Aeſchyl. Prom. 792. quo nomine fuit drama Aeſchyli, cuius Ariſtot. de Poet. c. 18. me-

minit, etſi et hoc Φορκύδες ſcribitur in edd. Eratoſth. c. 22. cf. ad Ovid. Met. IV, 773. Hygin. praef. *Ex Phorco et Ceto Phorcides*: Alia congeſſit optimus iuuenis van Swinden in Specim p. 77. Porro Φορκίδες Γοργόνες monſtrum lectionis eſt; haud dubie καὶ interponendum, nam fuere ſorores Gorgones et Graeae, quas nunc Φορκίδας appellat; v. inf. l. c. Heſiod. Θ. 240. 4. Pind. P. XII, 24. Aeſchyl. Prom. 793. Scyllam Apollodorus non memorat, quam Acuſilaus et alii e Phorcyne natam narrauerant, v. Schol. Apoll. IV, 834. Schol. Od. μ, 85. Tz. ad Lycophr. 45. et nos ad Cirin. 66. etiam ex Phorcyne *Thooſa* mater Polyphemi Od. α, 71. Schol. Theocr. XI, 67. ὅταν — λέξωμεν codd. λέγωμεν.

ſ. 7. Νηρέως δὲ καὶ Δωρίδος, τῆς Ὠκεανοῦ, Νηρηΐδες. Δωρίδος ſcripſi ex Δωρὶς, v. Heſiod. 241. Il. σ, 45. Antea Δώριδος excudebatur, quod Aeg. ex emend. dedit: in libb. erat ὠριΐδος vel, vt in Dorv. et Regiis νηρηΐδος. Porro τῆς correxi pro

eo

eo quod legebatur τῶν. Νηρηΐδες. Forte relinquere praeſtabat Νηρεΐδες, quae vulgaris forma eſt, etſi nil intereſt, vtro modo ſcribas. Vat. et Regii νηρηΐδες. v. Valken. V. C. ad Ammon. p. 161 ſq. Γλαυκονόμη repoſui ex Heſiod. v. 256 ad lapſum Γλαυκοθόη erat pronus librarius, cum alia in θοη deſinant h. l. Quae ſequuntur, nomina in libris valde corrupta ſunt; piget ſingula referre. Conf. Heſiod. Θ. 240 ſqq. et Il. σ, 39 ſqq. H. in Cer. 418 ſqq. Ἁλίη ſcribendum Ἁλία, vt iam monuit Valk. V. C. ad Ammon. p. 165. niſi Apollodorus formam Ionicam ex poeta, aut ex vetere ſcriptore, v. c. Pherecyde ſeruaſſe dicendus eſt. Similia obſeruata ſunt in aliis, vt in Anton. Lib. a Verheyck V. C. Εὐνείκη eſt ap. Heſiod. Θ. 247. Εὐδώρη deb. Εὐδώρα. Ἀκταίη f. Ἀκταία. Ποντομέδουσα libri omnes exhibent; Aegius dederat Πρωτομέδουσα. Apud Heſiod. eſt Πρωτομέδεια et Ποντοπόρεια. Πιόνη corruptum nomen; infra ſequitur Ἰόνη. in alterutro latet Ἠϊόνη He-

Hesiodi v. 255. Forte leg. Κλύμενη absorpto nomine a Κυμώ. Apud Aeschyl. Prom. 561 est Ἡσιόνη inter Oceanidas, vxor Promethei. Ἁλιμήδη ex Hesiodo l. c. Male scribebatur Ἁλιμέδη, et Πλησαύρη. Apud Hesiod. v. 353. est inter Oceaninas Πληξαύρη. Apud nostrum tamen forte deb. Πληξαύρα scribi. Κραντὼ solus noster habet; in libb. Aegii et in Vat. Κρατώ. Νεόμηρις ferri potest, a iuuenilibus femoribus. Galeus suspicabatur Νημερτὴς ex Hesiod. 262. et Il. σ, 46. Δηϊάνειρα potuit forte nomen Nymphae esse; probabile tamen fit leg. Ἰάνειρα, quae ap Homer Il. σ, 47. et H. in Cer. 421. In Vat. Med. et Regg. est Διάνειρα. Πολυνόη: Rom. et Commel. Πουλυνόη. videtur esse Πολυνόμη, ap. Hesiod. v. 258. Πουλυνόμη. Μελίτη: antea leg. Μελίη. debebat saltem esse Μελία. Sed Μελίτη apud Hesiod. 246. Il. σ, 42. Apollon. IV, 515. Hygin. praef. Aen. V, 825. add. Stephan. in Ὑλλεῖς et ibi Holsten. Διώνην inter Oceaninas refert He-

Hesiod. 353. Sequebatur Ἰσαίη, deprauatum nomen, Med. Ἰσαία. Νησαίη iam Comel. et Gal. substituere iubebant, vt est ap Hesiod. v. 249. Il. σ, 40. Mutandum tamen et hoc videtur in Νησαία; vt ap. Lycophr. v. 399. Νησαίας κάσις, soror, Thetis. Δηρὼ aliunde mihi nota non est. Εὐαγόρη est forte Εὐαγόρα. Tum Εὐμόλπη. Apud Hesiod. v. 261. occurrit Εὐπόμπη. Ἰόνη videtur esse Ἠιόνη v. Hesiod. 255. inf. malis Προνόη ex v. 261. quam et Graeuius huc reuocabat; Sed eam Valken. V. C. ad Ammonium p. 167. ex Schol. emendabat Πατρονόην. Possis et Ἰάνθην coniicere ex H. in Cer. 418. Ceterum cum Nereides vulgo edantur numero L, desiderari possunt in Apollodoro quinque numero subductae. Nec tamen in hoc consentiunt laudati supra Hesiod. Homer. Hygin. cf. Valk. l. c. Occurrunt quoque passim alia nomina, vt ap. Schol. Apollonii III, 242.

CAP.

CAP. 3.

ſ. 1. Iouis nuptiae cum Junone argumentum olim carminibus, quae periere, valde celebratum. v. Heſych. in ἱερὸς γάμος. cf. diſputata ad Virgil. T. II. p. 232 ſqq. *T.* IV. p. 236. Ceterum ſi Scholion Il. ξ, 296. recte ſe habet, collatum cum Schol. ad Il. α, 609. ſuſpicio ſuboritur, plura hic olim fuiſſe lecta: in altero enim: *καὶ Ἀπολλόδωρος ἱστορεῖ, κρύφα τὸν Δία τῇ Ἥρᾳ συγκαθευδῆσαι.* In altero autem vberius eadem exponuntur. Alia fabula eſt ap. Schol. Theocr. XV, 64 quam exſcripſit Eudocia p. 202.

Ἄρην Heſiodi fide v. 921. (add. Il. ε, 896.) repoſui ſine haeſitatione, pro *Ἄργην.* in codd. Aegii erat *ἄρυιν.* Pal. *ἀρίτην.* Sed et *Εἰλείθυιαν* foedis modis corruperant, et ſic alia nomina. Mox in libb. iterum vitioſe *τοῦ Οὐρανοῦ.*

(p. 8.) *ἐκ μὲν οὖν Θέμιδος.* Ad ſeqq. cf. Heſiod. 900 ſqq. In his autem genealogiis parum ſibi conſtant poetae, quia pro diuerſis conſiliis diuerſas ori-

gi-

gines ac ſtirpes fingere nihil vetabat. Μοίρας ex Ioue et Themide natas Heſiod. quoque facit Θ. 903. At idem v. 217. Noctis filias edidit; quae forte antiquior fuit mythologia; adeoque Heſiodo dignior. At alii alterum locum malunt pro interpolato habere, in his praeſtantiſſ. Ruhnken. Ep. Crit. p. 57. Alius isque admodum ſuauis de Moeris mythus eſt in Hymn. in Mercur. 549 ſqq. Ex Oceano et Terra Parcae natae erant in Orphicis. v. Athenag. c. 15. ex Mari ap. Lycophr. 144. 5. ἐκ Διώνης δὲ Ἀφροδίτην. Venus Diones f. Non igitur agnoſcit ortum ex ſpuma maris apud Heſiod. ſed Homerum ſequitur cf. Schol. Il. ν, 374. et ſic ferebant Cretenſes mythi. v. Diod. V, 72. ἐξ Εὐρυνόμης. v. Heſiod. v. 906. cf. doct. vir, Schrader. ad Muſaeum c. 9. Oceani filia. v. ſup. I, 2, 2. p. 5. Celebratum fuit in nonnullis theogoniis ante Cronum et Titanas *Ophionis et Eurynomes* regnum. v. Apollon. I, 503 ſqq. Lycophr. v. 1191. et Schol. *Muſae*

ex

ex *Mnemoſyne.* cf. not. ad Ant. Lib. f. 9. Θάλεια. Apud Heſiod. Muſa Θάλεια ſcribitur, Θ. 77. Gratiarum vero vna Θαλίη v. 908. Sed promiſcua eſt ſcriptura. Θάλεια etiam inter Gratias v. c. Orph. Hy. 59, 3. Multo magis inanis eſt Procli ſubtilitas ad Heſiod. p. 39. θάλειαν eſſe epulas, ἡ Χάρις autem καὶ ἡ Νηρηΐς διὰ τοῦ ι. *Ex Styge et Ioue Perſephone*: ita in theogoniis traditum fuiſſe arbitror. Ap. Heſiod. 454. Croni et Rheae filia eſt, quem auctor Hymni in Cer. v. 59. 60. et 75. ſequitur. Sollennior origo eſt ex Ioue et Cerere: quam ipſe Apollodorus mox in Cereris fabulis amplectitur c. 5. Homero duce Il. ξ, 326.

ſ. 2. de *Muſarum* liberis alii alia: cf. Schol. Il. κ, 435. Euſtath. p. 817, l. 30. *Linus* Vraniae f. in Heſiodi fragm. ap. Euſtath. p. 1163. De Lino ab Hercule caeſo v. inf. II, 4, 9. p. 110. *Orpheus* Oeagri f. v. inprimis Schol. Apollon I, 23. cf. Schol. Pind. P. 4, 313. De matre v. ad Hyg. 14. pr. *Muſaei*, *Eumolpi*, *Olenis*, *Pam-*

Pampho, qui et ipſi ex antiquiſſimis vatibus fuere, non meminit, quia non tam ad mythos quam ad veras hiſtorias ſpectant. Vide de iis ſaltem Simſon. Chron. p. 258. 259. Εὐρυδίκης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. de hoc nemo dubitet; pars tamen codd. θυγατρὸς, ex compendio litterarum male accepto. θέλων ἀγαγεῖν. Sollenne eſt ἀνάγειν, vt in praeclaro fragmento ex Hermeſianactis Elegis ap. Athen. XIII, p. 597. B.

Οἵην μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο
'Αγριόπην Θρῆσσαν στειλάμενος κιθάρῃ
'Αδόθεν· ἔπλευσεν δὲ κακὸν καὶ ἀπειθέα χῶρον
ἔνθα Χάρων κοινὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον
ψυχὰς οἰχομένων etc.

Sic et de Alceſtide ἀνάγεσθαι: vc. Sext. I, 33. Hypotyp. p. 61. λέγεται ὁ Ἡρακλῆς ἀποθανοῦσαν τὴν Ἄλκηστιν αὖθις ἐξ ᾅδου ἀναγαγεῖν. Schol. Eurip. ad Alc. 164 αὐτὴν ἀνήγαγεν ἐξ ᾅδου. In ſeqq. forte luxata oratio; debebat certe eſſe:

ἂν πορευόμενος Ὀρφεὺς μὴ ἐπιστραφῇ. Voce Ὀρφεὺς melius careret oratio. Pro παραγενέσθαι Dorv. et vn. Reg. ἐπιγενέσθαι. ἀπιστῶν nunc eſt pro ἀπειθῶν. Saepe ſic v. c. Sophocl. Trach. 1999. 1240. 45. 56. et alii; inprimis Attici. Mox ὑπέστρεψεν repoſui, cum aſſenſu Vat. Regg. duorum; et ſic iam em. Gale. Vulgo ἐπέστρεψεν. Orpheus *Dionyſia* inueniſſe dicitur: quod Melampodi tribuitur ab Herodoto lib. II, 49. Quid quod ob contemtum Dionyſi, praelato Apolline, interemtum Orphea Bacchis immiſſis, tradiderat Aeſchylus: v. Eratoſth. c. 24. Μαινάδες ſunt mulieres Thracicae orgia celebrantes; nota res. V. Ouid. Met. X. pr. *Pieria* autem h. l. eſt ad Olympum montem.

ſ. 3. *Pierus* Thrax, ſeu idem ſeu diuerſus ab eo, cuius filiae Pierides, quae cum Muſis certamen canendi iniere: ex Ouid. Met. V. notae: add. Ant. Lib. 9. *Hyacinthus* hic Pieri, Magnetis f. (quem infra videbis inter Aeoli liberos I, 7, 3. p. 27.)

p. 27.) adeoque ex ſtirpe Aeolica, confuſus paſſim, et hoc ipſo loco ab Apollodoro, cum altero, Amyclae et Diomedes f. de quo inf. III, 10, 3. p. 232. cf. *Antiquar. Aufſätze* P. I. p. 96. Intpp. Hyg. p. 376. 7. et ad Lucian T. I. p. 238. praeter Lennep. ad Coluth. II, 9. qui ſublata vult illa: ἀλλ' Ὑάκινθον — ἀπέκτεινε. nimis calide: nam plura alia noſter ex diuerſis auctoribus diuerſa narrat. Θάμυρις. de eo v. Pauſ. IV, 33. alios ap. Simſon. Chron. 2742. Ceterum exſcripſit h. l. Zenob. IV, 27. et Schol. Il. β, 595. hunc vero Eudoc. p. 226. add. Euſtath. ad Il. β, p. 298. f. mutua ope emendandi. *Philammonis* filius: at is Philonidis et Apollinis v. Conon Narr. 7. Schol. Od. τ, 432, vbi plura de eo. Matrem *Argiopen* recte edunt; cf. Pauſ. IV, 33. p. 362. Pal. male Ἀγριότης. Mox ἔρισε. Vat.

(p. 10. I, 3, 3.) De certamine cum Muſis loc. claſſ. Il. β, 595. πλησιάσειν πάσχις. at Zenob. et Euſt. cum Schol. l. c. πλησιάσαι, vt duo Regii habent: non

male, modo etiam στερηθῆναι reſtituas, quod ſolus Schol. Hom. facit. Sed futurum ſollenne Apollodoro. στερηθήσεσθαι repoſui codicum et Zenobii conſenſu; in Euſt. στερήσεσθαι. vulgo: στερηθῇ οὖ ἄν. vitium iterum ex litterarum compendiis ortum. ὑπέρτεραι Zenob. γινόμεναι Vat. καὶ τῆς κιθ. καὶ τοῦ νοῦ ἐστέρησαν addit Schol. laud.

ſ. 4. Στρύμονος. leg. Στρυμόνος. Mox ὅτι ante Καλλιόπης, extrudendum, aut legendum: ἔνιοι δὲ λέγουσιν ὅτι. Calliopes filium an alius *Rheſum* edat, ignoro. Apud Homerum Eionei eſt filius; vbi Euſt. τοὺς νεωτέρους eum fluuii et Euterpes filium facere addit p. 817, 25. it. Schol. ad Il. κ, 435. Terpſichores f. eſt ap. Schol. Eurip. Arg. Rheſi, etſi ipſe poeta, quisquis ille eſt, Muſam tantum in ſcenam prodire iuſſit v. 894. cf. Mezir. ad Heroid. Ouid. p. 80. De *Corybantibus* nihil ad liquidum perductum vidi. Ex noſtro hauſit eadem Schol. Lyc. 78. Apollinis et *Rhytiae* partum eos ediderat

derat Pherecydes apud Strab. X, p. 724. c. si modo sanum hoc nomen. *Sirenes* ex Acheloo (cf. Pauf. IX, 34. p. 778.) et *Melpomene*: Sic et Hyg. praef. p. 13. et f. 141. add. 125. Secundum Apollon. IV. 895., quem vide, Terpsichores eas filias facit Schol. Lyc. 671. et 712. Ipse Apollodorus, alios auctores sequutus, ex Acheloo et Sterope prognatas narrat inf. I, 7. f. p. 32. Propter patrem Acheloum inter fabulas Aetolicas refertur Σειρήνων γένεσις apud Lucian. de Saltat. 50. Ceterum de Sirenibus multa ap. Eustath. Schol. Od. μ, 39. Schol. Lyc. 653. 712. Tz. Chil. I, 330 sq. VI, 714 sq. Eudoc. p. 373. ἐν τοῖς περὶ Ὀδυσσέως: haec sunt inter ea, quae in fine libelli periere. Meminit tamen Sirenum iterum inf. I, 9. 25. in Argonautarum erroribus.

f. 5. ὡς δὲ Ὅμηρος λέγει. Il. α, 578. Quae sequuntur, nota sunt ex Il. α, 590. vbi v. Schol. ἐξ οὐρανοῦ ὁ Ζεὺς, interposito articulo, bene Med. et Val. Mox imperite libri: ἐκκρεμάσασα et ἐκκρεμάσας,

Ζεύς. Lemnus autem ſedes et officina Vulcano data propter ignes ſubterraneos: quemadmodum mox ab aliis poetis Aetna, Lipara: res nunc ſatis nota. Ita ſentiendum de iis quae in nota Heinſt. ad Luc. DD. 15. f. leguntur. At ſedes propria erat Olympus; vt ap. Homer. χειμῶνα in reditu Herculis a Troia capta. v. Il. ξ, 249 ſq. et cf. inf. II, 7, 1.

ſ. 6. Μήτιδι. repoſui pro eo quod editur et legitur Θέτιδι. Commelin. ait alios habere Θέμιδι, ſed defendit alterum ex lib. III, 13, 5. quod tamen alienum eſt: nam Iupiter hoc ipſum refugerat, et cum Thetide congredi noluerat. Duae fabulae, haud abſimiles, forte h. l. ſunt confuſae, et cum ſemel Θέτιδι aut lectum aut interpolatum eſſet, interpoſuit forte, vt etiam Emperius noſter ſuſpicabatur, interpolator reliqua μεταβαλλούσῃ — συνελθεῖν, quae de Thetide vera ſunt; verum ex Metide Athene orta eſt, non ex Thetide. Res manifeſta fit ex Heſiodo 885-899, et ex Schol. Il. α, 195. qui ad-

addit: ὡς Ἀπολλόδωρος ἱστορεῖ. Interea cum plures ſint fabulae antiquiores, in quarum locum aliae prorſus ſimiles poſtea ſucceſſere: potuit forte etiam de Metide hoc commemorari, quod de Thetide narratum frequentatur, in varias eam formas mutatam Iouis congreſſum fugiſſe. Poteſt eo trahi verſus Heſiodi 885. Μῆτιν — πλεῖστα θεῶν εἰδυῖαν ἰδὲ θνητῶν ἀνθρώπων, ad quem verſum vet. Schol. p. 300. b. λέγεται ὅτι ἡ Μῆτις τοιαύτην ἔχει δύναμιν, ὡς μεταβάλλειν εἰς ὁποῖον ἂν ἐβούλετο. πλανήσας οὖν ὁ Ζεὺς αὐτὴν καὶ πικρὰν ποιήσας κατέπιεν. ἔγκυον δὲ αὐτὴν κατέπιεν. Corrupta haec: forte leg. καὶ ἐπικρατήσας συνῆλθεν. ἔγκυον δὲ etc. Tota narratio ex valde antiquo poeta profecta eſſe debet, qui Iouem ſuum, cum ei ſapientiam ineſſe narrare vellet, ad Croni exemplum effinxerat. Pars fabulae mox traducta ad Thetidem. ἐπείπερ ἔλεγε quinam? corruptum haud dubie; etſi Gale ita occurrere abſolute ait: idem ἐλέγετο coniicit. Sed leg. ἔλεγε

Γῆ. Apud Hesiod. 890. Coelus, et Terra sortem edunt. Mox κόρον Aegius male intulerat, qui totum locum male accipiebat. Antiquior fabula haec esse debuit: audito, fatale esse, vt ex Metide primo puella mox puer nascatur, qui caeli imperio protiturus sit, Iupiter metu adductus statim ante primum puellae partum Metidem ipsam cum eo, quod vtero gerebat, deuorauit. ὡς δὲ ὁ τῆς γενέσεως ἐνέστη χρόνος. Schol. Hom. l. c. ἀποκυήσεως. Pal. γεννήσεως, abest quoque ὁ. et ἀνέστη. Mox ante Ἡφαίστου eiic. καὶ et leg. λέγουσιν, vel ἢ καὶ, καθάπερ. De ipsa re cf. Hemst. ad Luc. DD. 8. ἐπὶ ποταμοῦ Τρίτωνος: verba haec aliena ab h. l. et a male sedulo ex III, 12, 2. huc illata; etsi natales Palladis ab aliis ad Tritonidem paludem referuntur. v. Apollon. IV. 1310. 11. vbi Schol. a Stesichoro primum ita traditum obseruat, σὺν ὅπλοις prosiluisse Athenen; quod si verum est, Hymnus Homericus in Athenen (n. XXVI.) est Stesichoro recentior. Alia v. ap. Meurs.

Meurſ. de Regg. Att. I, 4. Sunt autem in hac dea plures deae diuerſae, ſeu temporum et religionum ſeu poetarum inconſtantia, confuſae: inprimis Athene Athenienſium, Pallas, numen Libycum et numen Aegyptium.

CAP. 4.

ſ. 1. De *Aſteria* v. Callim. in Del. 37. Egere de ea Burm. ad Ouid. Met. VI, 108. Hyg. 153. et ibi Munk. Schol. Lyc. 401 ex quo Eudoc. p. 277. καὶ πόλις ἀπ' ἐκείνης. Sane voc. πόλις latius ſaepe atque etiam de inſula vſurpatum bene memini. Sed in ſimili contextu et in hoc ſcriptore vix ferendum. Forte ex litterarum compendio obſcuriore καὶ νῆσος dedit hoc indoctus librarius. Schol. Lycophr. 401. qui h. l. ante oculos habuiſſe videtur; καὶ γέγονε νῆσος, ἥτις ἀπ' αὐτῆς 'Ορτυγία καὶ 'Αστερία ἐκαλεῖτο: Hygin. fab. 53. *et ex ea inſula eſt enata, quae Ortygia eſt appellata.* Vnde Galeconi. καὶ νῆσος ἀπ' ἐκείνης 'Αστερία πρῶ-

του κληθεῖσα, Ὀρτυγία ἐκαλεῖτο, ὕστερον δὲ Δῆλος. Propius ad litterarum ductum coniectare licet: καὶ ἐπεπόλασεν ἀπ' ἑ. ἡ Ἀστερία. Mox Λητὼ γὰρ malebat Faber; de Latona cf. Schol. Il. α, 9. παρὰ τοῦ Πανὸς, τοῦ Διὸς καὶ Θύμβρεως. Ita ediderat Aegius et Commel. Mutauit Faber Θύμβρεως in Ὕβρεως, quod Aegius in libris repererat; idem habent Pal. Vat. et ceteri omnes, quantum intelligo; sequitur Fabrum Gale; fidem facere poteſt Schol. Lyc. 772. καὶ ἕτερος δὲ Πὰν Διὸς καὶ Ὕβρεως. At Θύμβρις nympha defenditur a Schol. Pind. ad argum. Pythior. ἔμαθε καὶ τὴν μαντικὴν τέχνην Apollo ὑπὸ τοῦ Πανὸς, et paullo ante, τοῦ Πανὸς, οὐ τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Πηνελόπης, ἀλλὰ τοῦ Διὸς καὶ Θύμβρεως. Analogum quoque nomen hoc ſeu Thymbrae Troadis, Apollinis oraculo clarae, ſeu Nymphae Thymbridi, fonti et amni Siciliae ap. Theocr. I, 118. De *Panis* natalibus diverſa narrantur, v. Schol. Theocr. I, 3. De Pane docte egit Hemſterh. ad Lucian.

cian. T. I. p. 270. v. inpr. Hymn. Homeric. in Panem. Sed et ipſi Pani controverſiam faciunt codd. qui omnes παρὰ τοῦ πατρὸς legunt; in cod. Reg. 3. lacunae ſignum λείπει adſcriptum erat. Videtur fuiſſe vetus lectio ita obſcurata, vt ſupplenda eſſet. Niſi Schol. Pindari vetaret, hoc vnum ex ceteris retinerem: μαθὼν παρὰ τοῦ πατρὸς, ἧκεν εἰς Δ. haec ad communem morem narrandi eſſent accommodatiſſima: a Ioue futura diſcit Apollo. Ceterum de *Themide* nota res. v. ad Hygin. f. 140. cf. quae de Delphorum originibus narrat Pauſ. X, 5. — Κτείνει δὲ μετ' οὐ πολὺ καὶ Τιτυόν. lenior iunctura Reg. 3. κτείνει δ' οὐ μετὰ πολὺ καὶ T. Ante oculos fuit locus, qui ſequitur de Tityo γηγενεῖ, Grammatico ad Od. η, 324. nec diſſimilia apud Euſtath. item ad Od. λ, 576. et Eudoc. p. 145. Fabulae antiquior auctor erat Pherecydes apud Schol. Apollon. I, 761. Mox pro Ἐλάρης ſcrib. Ἐλάρας, vt et habet Strabo et Schol. Od. λ et Od. η, l. c.

l. c. vbi additur, Ὀρχομενοῦ, τινὲς Μίνωος. leg. Μινύου. Nomen Elarae corruptum in codd. Ἐλάνης, vel Ἐλαίνης, emendauit iam Aegius. Apud Homerum eod. loco Od. η, 324. *Tityus* eſt in Euboea, ad eumque inuiſendum venit Rhadamanthus. cf. Strab. IX, p. 648. B.

p. 13. (I, 4, 1.) καὶ τὸν κυοφ. diſertior eſſet oratio: ἡ δὲ τὸν κυοφ. — εἰς φῶς ἀνῆκεν· ita fere Schol. l. c. εἰς Πύθωνα. Si hoc verum eſſet, ad Pythonem ſerpentem viſendum veniſſet Tityus. Nam cum tria ſint, Πυθὼν, Πύθων et Πυθὼ, diſcrimen fere obſeruari ſolet hoc, vt ἡ Πυθὼ, οῦς, et ἡ Πυθὼν, ῶνος, appelletur vrbs apud Hom. (v. c. Od. λ, 580. Il. ι, 405. Il. β, 519.) Callim. Pind. et al. At ſerpens modo eſt ὁ Πυθὼ, vt ap. Callim. in Apoll. 100. modo ὁ Πυθὼν, ῶνος, vt ap. Schol. Pind. Arg. Pyth. modo ὁ Πύθων. Mox Grammatici ita diſtinxere, vt ὁ Πύθων ſerpens ſit, ἡ Πυθὼν vrbs. Sic Etym. h. v. Schol. Ariſtoph. Pl. 39. Contra apud Latinos

ſcri-

ſcriptores vrbs fere Pytho, et ſerpens Python. Ephorus apud Strabon. IX. p. 647. A ex Pythone faciebat χαλεπὸν ἄνδρα, Πύθωνα τοὔνομα, ἐπίκλησιν δὲ δράκοντα. add. Athen. XV, p. 701. C. ex Clearcho; ſed haec ex praua interpretatione. Idem ſerpens ſuo nomine Delphynes dictus Hym. in Apoll. et ap. Apollon. II, 708. Dionyſ. Perieg. 442. Si itaque εἰς Πύθωνα recte ſe habet, ad monſtrum illud Pythonem viſendum ſe contulit Tityus. Sed debebam ſine cunctatione reponere εἰς Πυθὼ, *Delphos*, quod ipſi codd. offerunt Med. Oxon. Dorv. Regii, Πυθῶ erat in Pal. Ipſe Hom. Od. λ, 580. habet Latonam Πυθώδ' ἐρχομένην. Incidit autem illa in Tityum apud Panopeum. Strab. IX, p. 648. B. et ipſe Homer. l. c. Ceterum color fabulae eſt idem qui Od. η, 323. 4. de Rhadamantho. ἐπισπᾶται. *veſte prehenſam attrahit ad ſe.* Exprimunt haec vocem ea in re propriam ἑλκῆσαι, vt Od. λ, l. c. Λητὼ γὰρ ἥλκησε Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν. Apud

Apol-

Apollon. I, 760. Apollo Tityum interimit

— ἑὴν ἐρύοντα καλύπτρης
μητέρα θαρσαλέως Τιτυὸν μέγχν.

Et Schol. ad I, 179. Tityus in orco punitur διὰ τὸ ἐν Πυθῶνι στελλομένην κατασχεῖν τὴν Λητώ. quae corr. ex mſ. Reg. διὰ τὸ στελλομένην τὴν Λητὼ εἰς Πυθῶνα κατασχεῖν. Similia de Orione v. ap. Arat. v. 638. et Nicand. Ther. 16. Eodem ſpectat quod mox I, 6, 2. de Porphyrione: καταῤῥήγνυσι τοὺς πέπλους τῆς Ἥρας. Tityi ſupplicium nota res: v. Od. λ, 576. ſq. de eius ſepulcro nouem iugerum interpretantur fabulam alii ap. Pauſ. X, 4. p. 806.

ſ. 2. De *Marſya* v. loca ap. Burm. ad Met. VI, 400. Hygin. f. 165. et Intpp. Salmaſ. ad Solin. p. 784. et p. 84. τῆς κρίσεως γενομένης. mutat in γινομένης Aegius, perperam. κρίσις eſt h. l. ipſe ἀγὼν commiſſio. τὴν κιθάραν στρέψας. *inverſa cithara*: quod alter inuerſa tibia non aeque

aeque facere poterat. Inepta ſane calliditas. Pronum eſt ſuſpicari, Apollinem mutaſſe modos cantus; in quem fere ſenſum Salmaſ. l. c. p. 84. *E. ad aliud modulationis genus citharam accommodavit et temperauit.* At hoc non eſt στρέφειν τὴν κιθάραν. Saltem τρέπειν τὸν νόμον. Sed nec hoc verum. Apud Hygin. l. c. eſt: *Apollo citharam verſabat,* et ſic ſimpliciter de cithara inuerſa Gloſſae mſſ. in Fulgent apud Munker l. c. An praeterea aliquis contentionem inter Marſyam et Apollinem in hunc modum narrauerit, videndum eſt. καὶ ταὐτὸ ποιεῖν. vulgo καὶ ποιεῖν. Sed αὐτὸ interponunt codices, quod cum Commel. et Gal. mutaui in ταὐτὸ, vt res poſtulabat.

ſ. 3. *Orionis* natales ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν, ex etymologia perabſurda, bene omittit Apollodorus; quos tamen Strabone teſte lib. IX. p. 620. ipſe Pindarus in Dithyrambis attigerat; memorant eosdem multi alii, Schol. Il. σ, 486. Ouid. Faſt. V, 499 ſqq. Palaeph. c. 5. Hygin. f. 195. et Poet.

Aſtron.

Aſtron. II, 34. et ad hos laudd. Confunditur praeterea Hyrieus et Orion, etiam ap. Eudoc. p. 440. 1. Ceterum cum noſtro conf. Eratoſth. Cataſt. c. 32. et ex eo Schol. Arat. 322. praeiuit Heſiodus, vt Nicander docet Ther. v. 10. At in Schol.Il. σ, 486. partim ex Cyclicis partim ex Euphorione fabula narrata. Add. Arat. 637 ſqq. (quem locum praeclare emendauit Brunk. V. C. ad Apollon. p. 175.) et Schol. ad c. l. Hygin. P. A. II, 34. pleraque ex Eratoſth. transtulit. Variis fabula Orionis modis tractata eſt partim poetarum ingeniis in diuerſa abeuntibus, partim quod ea ex earum fabularum genere eſt, quae ex ſiderum ſignis, καταστερισμοὺς appellant, ductae, mira cum varietate tractatae, in poetarum luſus abiere. *Euryalen.* Εὐρυάλης τῆς Μίνωος addit Eratoſth. cum al. v. Munk. ad Hygin. l. c. p. 485. 12. διαβαίνειν τὴν θάλασσαν, ſeu vt incederet per mare, ita vt capite ſuper aquas emineret: ita v. c. Virgil. X, 763.

763. ſeu vt ſupra fluctus ambularet: *ὥστε ἐπὶ τῶν κυμάτων πορεύεσθαι, καθάπερ ἐπὶ τῆς γῆς.* Schol. Arati 321. *δωρεὰν δὲ ἔχειν παρὰ τοῦ πατρὸς, ἐπὶ τῶν κυμάτων πορεύεσθαι.* Eadem Schol Nicandri habet, ex Eratoſth. e quo ſua ſumſit, emendandus; et Hygin. l. c. *vt ſupra fluctus curreret vt in terra.* Sane magis perſpicua eſſet dictio *διαβαίνειν ὑπὲρ τὴν θ.* De *Side* an alibi memoretur, ignoro. Siden Danai filiam, a qua Laconicae vrbs dicta, Pauſan. III, 22. p. 268. refert.

Αὖθις δὲ ἐλθὼν εἰς Χίον, quae ſequitur, paullo turbatior eſt narratio. Orion Oenopionis f. Meropen vi oppreſſerat; quod indigne ferens pater, vt iniuriam vlciſceretur, in homine tam vaſti corporis fraude vſus, inebriatum excaecauit et ad littus proiecit. At Orion de recuperando viſu cogitans, Lemnum adiit, ibique ad ſolem orientem procedere iuſſus, viſum recuperat; tunc ira ardens Chium redit; At Oenopion ſub terra ſe occultauerat. De Oenopione v ap. Munk. ad Hyg.

f. 129. ἐμνηστεύσατο. ſatis pudenter: *in connubium poſtulauit*: tum ſtuprauit: ἐβιάσατο, vt Eratoſth. cf Schol. laud. Hygin. l. c. Parthen. c. 20. παρὰ τοῖς αἰγιαλοῖς ἔῤῥιψεν. videtur verba ex poeta antiquo retinuiſſe Apollodorus. Niſi compendium litterarum fefellit librarium, cum eſſet παρὰ τῷ αἰγιαλῷ. Apud Eratoſth. eſt: ἐκ τῆς χώρας ἐκβαλεῖν. ὁ δὲ ἐπὶ τὸ χαλκεῖον ἐλθών. hic exciderunt nonnulla: εἰς Λῆμνον, ἐπὶ τὸ χαλκεῖον Ἡφαίστου. ex eo acceptum puerum *Cedalionem* humeris ſuis impoſuit, qui ſuum verſus ortum iter regeret: Loc. cl. Eratoſth. l. c. (vbi leg. ἐλθόντα δὲ εἰς Λῆμνον ἀλητεύοντα, Ἡφαίστῳ συμμίξαι) Parthen. c. 20. Adde Lucian. de Domo I, 28. item Euſtath. ad Il. ξ, p. 987, 8. Tz. Chil. III, 226. Hygin. l. c. et ibi van Stav. τὸ χαλκεῖον Vulcani eſt officina, quo nomine vetus aliquis poeta videtur appellaſſe montem Lemni Moſychum ignibus ſubterraneis ardentem cf. Schol. Nicandri p. 24. In παῖδα ἕνα nomen Κηδαλίωνα latere ſagaci-

gaciter ſuſpicabatur Lennep. ad Phalar. p. 267. vbi formulam διὰ ταχέων illuſtrat. At etiam Schol. Nic. δίδωσιν αὐτῷ Κηδαλίωνα ἕνα τῶν θεραπόντων. idem mox ποδηγεῖν mutat in ὁδηγεῖν ex Eratoſth. quaſi non et illud vſu haberetur. ἀνέβλεψεν ἐκκαεὶς ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος. quid ἐκκαεὶς hic velit, non facile dicas. eſtne ſimpliciter: ab calore ſolis recreatus? Lucian. l. c. ὁ Ἥλιος φανεὶς ἰᾶται τὴν πήρωσιν. Eratoſth. l. c. καὶ ἡλίῳ συμμίξας δοκεῖ ὑγιασθῆναι. Nec tamen hoc eſſe poſſet ἐκκαῆναι. Verum eiicienda eſt vox, quae adſcripta in margine erat paullo ante ad ἐτύφλωσεν. Parthen. l. c. λέγεται Orionem βιαζόμενον ἐκκαῆναι τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπὸ τοῦ Οἰνοπίωνος. ἀλλὰ τῷ μὲν Ποσειδῶνι Ἡφαιστότευκτον ὑπὸ γῆν κατεσκεύασεν οἶκον. locus corruptus. Alienum enim ab re, *Orionem* exſtruxiſſe aedem Neptuno. Nec huc trahi poteſt, quod ap. Diodor. IV. f. ad Pelorum Siciliae templum Neptuno extructum Orioni auctori tribuitur. In promtu eſt emen-

 dare

dare Ποσειδῶν, quod et vnus ex Regiis offert. At enim alienum et hoc, Neptunum filii ſui Orionis irae eripuiſſe inimicum! Oenopionis pater erat Dionyſus, mater Ariadne: Schol. Arat. 636. Verum expedita res eſt: Ποσειδῶνι eſt eiiciendum, et leg. κατεσκευάσαν. Fecerunt hoc Chii in gratiam Oenopionis, vt ei ſub terra locum munirent. Eratoſth. l. c. ὁ δὲ ὑπὸ τῶν πολιτῶν ὑπὸ γῆν ἐκέκρυπτο. adde Hygin. l. c. Schol. Nic. ad v. 13. Quod ad Ἡφαιστότευκτον οἶκον attinet, frequens fuit haec vox antiquis poetis de operibus praeclarae artis, Vulcano ex more tributis. Ita in ipſo Apollod. III, 4. 2. de Harmoniae monili: tum Pelei enſis ap. Schol. Apollon. I, 224. tauri Colchici apud Antimachum in eod. Schol. III, 409. Talos apud Sch. Od. υ, 302. cf. Euſtath. p. 1893, 7. amphora, qua Achillis oſſa conduntur, ap. Schol. Il. ψ, 91. cf. Od. ω, 75. canis in aede Iouis in Creta, Sch. Od. τ, 518. et ſic alia.

Orion ab *Eo* vel Aurora raptus, et in Delum abductus, diuersi a reliquis generis Fabula: de qua v. Od. ε, 121. Erat enim Orion pulcherrimus; Od. λ, 309. Quod adiicitur: Venerem eam, quod et in aliis deabus fecit, ad Orionis amorem pellexisse, ὅτι Ἄρεϊ συνευνάσθη, videtur sensus esse: Auroram amores cum Marte exercuisse, Venerisque adeo iram prouocasse. Quod nisi ita se habet, dicam verba in margine pro interpretamento adscripta fuisse. ὁ δὲ Ὠρίων. De Orionis interitu, pro modo poetarum tractandi, diuersae fuere narrationes. Vulgarem omisit noster, qua scorpio immisso interiisse dicitur: nota vel ex Horat. III, 4. et Callim. in Dian. f.; ab Euphorione eam tractatam fuisse discas ex Schol. Il. σ, 486. (etsi Schol. Leid. Pherecydem habet ap. Valk. V. C. in Diss. de Schol. Hom. p. 117.) hanc rationem sequuntur Nicand. Ther. 13. Eratosth. c. 7. Arat. v. 637. vbi et in Oenopionis gratiam, vt insulam belluis et feris liberaret, venatur

Orion: Θήρης, ἀρνύμενος κλεινῷ χάριν Οἰνοπίωνι. (Sic enim lego non κείνῳ, et θήρης est διὰ, κατὰ θήρας. Brunkius V C. emendabat l. c. Χίῳ.) quod et ap. Hygin. est l. c. P. A. II, 34. Non enim in Delo sed in insula Chio periisse vulgo narratur: At in Creta ap. Hyg. et Eratosth. in Achaia ap. Hesych. in πανστήρια. Tam variis auctoribus tam varia tractandi et ornandi via fuit. Orion ipse Boeotus erat Tanagra oriundus, quo etiam loco monumentum eius spectabatur Paus. IX, 20. pr. adeoque ad Boeotorum fabulas est referendus. δισκεύειν Ἄρτεμιν προκαλούμενος. mirum hoc: cum Dianae nihil sit commune cum disco; venationis ei studium est: an κυνηγετεῖν fuit? saltem ἀκοντίζειν exspectabas. An fuit δίκειν? vel δισκεῖν? Pindar. I, 2, 51. Μακρὰ δισκήσαις ἀκοντίσαιμι. — Alii hoc commemorant: gloriatum esse Orionem, omnes se feras sublaturum esse; tum seu Terram seu Dianam iratam submisisse scorpium: v. Eratosth. Hyg. Arat. v. 646. add.

add. Ouid. Faſt. V, 540. Ceterum vitioſe προσκαλούμενος ed. pr. vt ſaepe alibi. — βιαζόμενος Ὦπιν. magis nota narratio, quod ipſam Dianam tentauit. Arat. 637 ſq. Nicand. l. c. Eratoſth. 7 et 32. ad quam alludit Callim. in Dian. 265. Idem et Pleiades tentauerat: v. Schol. Il. σ, 486.

ſ. 4. *Triton* et *Rhode* ex Neptuno et Amphitrite. Ap. Lycophr. 886. *Triton* Nerei f. at ex Aceſandro, in Schol. ad e. l. Neptuni et Celaenus f. v. Mezir. ad Epp. Ovid. T. II. p. 179. *Rhode*, v. ad Pindar. Schol. Ol. 7, 25. Ex Rhode Sol ſuſcepit Phaethontem, Lampetiam, Aeglen, Phaethuſam, v. Schol. Od. μ, 208. vbi Aſopi filia eſt Rhode, et ex Tragicis petita eſſe dicitur fabula Phaethontis. Conf. Tz. Chil. IV, 360. hinc emendandus, et Eudoc. p. 206.

Cap. 5.

ſ. 1. In hoc capite de *Cerere*, et de *Proſerpina rapta*, Atticas fabulas ſequi vi-

detur Apollodorus. Conferendus omnino Hymn. in Cererem. Pauſ. I, 38. et 39. pr. Priora capitis exſcripſit Zenob. I, 7. Ad Pandionis tempora aduentus Cereris et Bacchi refertur inf. III, 14, 7. At Cereris aduentum et ſationis frugum inuentum non minus ad ſe trahebant Argiui, Arcades, Siculi. Hinc nata tanta fabularum diuerſitas, alia a teletis aliisque feſtis, quae rerum origines ritibus ſollennibus adumbrabant, v. c. Theſmophoriis. *Διὸς συνεργοῦντος*: ſane is fuit, *ὅς μιν ἔδωκ' Ἀΐδῃ θαλερὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν*, vt Hy. in Cer. 79. atque adeo Siciliam Proſerpinae dedit *εἰς ἀνακαλυπτήρια* v. Pind. N. I, 16. et ibi Schol. (p. 16, l. 2.) *μαθοῦσα παρ' Ἑρμιονέων.* Ita codd. Pal. Med. Dorv. Regii, et ita iam emendarunt Aeg. Commel. Gal. editum tamen vbique *ἑρμηνέων*, pro quo Faber coni. *παρὰ μηνυτῶν*, perperam. Nota res, cum raptum Proſerpinae alii aliis locis, plerique in Sicilia, factum dicerent: Schol. Heſiodi p. 303. *ἡρπᾶσθαι δὲ αὐτήν φασιν οἱ μὲν ἐκ Σικε-*

λίας,

λίας, Βακχυλίδης δὲ ἐκ Κρήτης, Ὀρφεὺς ἐκ τῶν παρὰ τὸν Ὠκεανὸν τόπων. Φανόδημος δὲ ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς, (ad Cephiſſum v. Pauſ. I, 38. p. 92.) Δημάδης δὲ ἐν Νάπαις (an Lesbi? forte is Demades, qui de Delo et Latonae partu ſcripſerat) add. Hyg. f. 146. et Intpp. et Ruhnk. V. C. ad H. in Cer. 17. vbi a Nyſa rapitur Proſerpina. Fuiſſe, qui ad Hermionen Argolidis deſcenſum ad inferos traderent, diſcimus ex Strab. VIII. p. 573. A. Callim. Fragm. Bentl. CX. Pauſ. II, 35. p. 196. et Cererem in haec loca veniſſe, ibid. p. 194. Sed omnem dubitationem eximit cum Zenob. l. c. tum Schol. Ariſtoph. Equ. 782. qui h. l. excitant et παρὰ Ἑρμιονέων diſerte exhibent. ἀπέλιπεν οὐρανόν. melius κατέλιπεν Schol. Ariſtoph. et Zenob. l. c. ὀργιζομένοις θεοῖς male Pal. cum Reg. tert. ὀργιζομένης Dorv.

Loca, quae ſequuntur, Ἀγέλαστος πέτρα, et Καλλίχορον Φρέαρ, etiam ab aliis celebrantur: v. Callim. in Cer. 16. et ibi

D 5 Spanh.

Spanh. Sed iis, qui accuratius de his egere, hic fons eſt is, ad quem primus chorus Cereri fuit habitus v. Pauſ. I, 38. p. 93. Hy. in Cer. 271. At is, ad quem conſedit dea erroribus feſſa, erat Parthenius ibid. v. 99. vbi cf. nota Ruhnk. V. C. ἐπὶ τὴν ἐπ' ἐκείνης, Vat. Scilicet ſollenni variatione dicitur res denominata ἀπὸ et ἐπί τινος. cf. Munk. ad Lactant. XIII, f. 6. Statim παρὰ τὸ K. at in codd. Pal. Regiis, περὶ τὸ K. Dorv. ἐπὶ τὸ K. ex compendio litterarum. παρὰ reponendum etiam e Med. et Riccard. ap. Nic. Ther. 486. Καλλίχορον περὶ Φρεῖαρ. ἔνδον οὐσῶν γυναικῶν: in Hy. in Cer. 168. ſunt quatuor filiae Celei: cf. 105 ſq. πρὸς Κελεόν. alii Eleuſinem, alii Hippothoontem, Rharum alii memorant, adduntque fere nomen, βασιλέα Ἐλευσινίων. Scilicet illa aetate viri inter ciues eminentes eo nomine appellari ſolebant a poetis, atque hinc factum, vt eiusdem ciuitatis ſaepe memorentur reges plures ac diuerſi. Ipſe auctor Hymni in Cer.

153 sqq principes Eleusinis recenset Triptolemum, Dioclem, Polyxenum, Eumolpum, Dolichum, Celeum cf 479 sqq. — παρ' αὐτὰς (vel αὐτὰς, ad idem redit) καθέζεσθαι, e libb. Pal. Med. et Regiis pro vulg. καθίζεσθαι. Mox *Iambe*, ancilla Metanirae, non σκώψασα τὴν θεὸν, vt male interpungebatur, hoc enim dea non tulit, ne in Ascalabo quidem apud Ouid. et Ant: Lib. 24. sed Iambe exhilarauit deam διὰ χλεύης, iocos et dicteria iaciendo, v. Scholion Eurip. 963. quod idem fere ad Nicand. p. 48. et in Proclo apud Photium p. 583. Etiam in H. in Cer. 203. distinguere malim: πολλὰ παρὰ σκώπτουσ' ἐτρέψατο, nam est παρετρέψατο σκώπτουσα. at παρασκώπτουσα nullam vim habet; in seq. versu Homericum fuisse videtur: καὶ ἵλαον ἔνθετο θυμὸν, vt ad παρετρέψατο referatur: nisi praeferas: γελάσαι θ'. ἡ δ' ἵλαον ἔ θ. Versum 205. aliunde adfictum suspicor. Mox διὰ τοῦτον vitiose codd. et ed. pr. In *Thesmophoriis* mansisse hunc morem praeter

ter Cleomedis locum Meteor. II. p. 91. nulla forte memoria supereſt, nec aliam attulit vir doctiſſ. *du Theil*, qui de Theſmophoriis egit *Mem. de Litt.* To. XXXIX. p. 223. Probabile ſit, inter ceteros ritus antiquitus acceptos ſymbolicos fuiſſe et hunc, vt licentiam Iambes feminae Theſmophoria celebrantes adumbrarent. Ritus enim ſacrorum fuerunt ab initio partim ſymbolici, partim hiſtorici, h. e. memoriam priſci facti vel euenti, adumbrando et mimice illud exhibendo, ſeruabant: plerumque vero mature memoria originis et cauſſae exoleuerat, ritus tamen retineri ſolebat. Sed in pluribus ſacris ſimilis mos manſit, vt in inſula Anaphe inf. I, 9, 26. p. 70. et in Saturnalibus Romae.

τῇ τοῦ Κελεοῦ γυναικὶ Μετανείρᾳ. τοῦ inſerui *e* Med. Dorv. Reg. Apud Pauſan. et al. eſt Μεγάνειρα, quod Aegius tuebatur, male: v. Heinſ. ad Ouid. Faſt. IV, 539. Verheyck ad Ant Lib. p. 57. 160. cf. ad Hy. in Cer. 161. Neaera eſt in Marm. Arundel. l. 23. corrupte; verum hoc

hoc iam Ruhnkenium V. C. eo loco occupasse video; corruptius ap. Schol. Hephaest. p. 81. — Κελεῷ καὶ τῇ αὐτοῦ γαμετῇ Νῆρι. corruptum quoque arbitror Μίσμη ap. Ant. Lib. c. 24. Fabula nunc copiosius exposita legitur in H. in Cer. 96 sqq. cuius auctor Pamphum videtur sequi; noster alios auctores habuit. De *Celeo* v. l. l. ad v. 96. Nobile vtriusque nomen Athenis, vt et pro diis esse culti dicantur Athenagorae Legat. 12. p. 50. parum subtiliter. ἔθρεψεν. edebatur ἔτρεψεν. Saltem ἔτρεφεν erat scribendum cum Pal. Med. Vat. et Regiis; et hoc praestat. Schol. Nicandri l. c. ἡ Δημήτηρ Κελεὸν λαβοῦσα ἀνέτρεφεν ὡς υἱόν. Celeus modo patris modo pueri nomen editur: qua de re iam actum ab Intpp. Hyg. f. 147. et Ouid. Fast. V, 448. Mox in αὐτὸν non est haerendum, etsi praecessit παιδίον, et sequitur τὸ βρέφος. Pro κατετίθει, quod iam Faber et Gal. emendarunt, legebatur κατέθει. debebat saltem κατέθετο. In re consentiunt Hyg. f.

f. 147. Ouid. Faſt. IV, 554. et qui primo loco memorandus, Hy. in Cer. 235 ſq. — περιῄρει, puta inungendo corpus ambroſia reſtituit corpori id quod ignis conſumſerat; alterum interdiu factum, alterum noctu narrat Hy. in Cer. l. c. vnde paullo calidior quis poſſit ſuſpicari etiam h. l. excidiſſe: καθ' ἡμέραν δὲ ἀμβροσίᾳ ἔχριεν. οὕτω δὲ παραδ. α. Nec ſane abſimilis locus inf. III, 13, 16. Sed huiusmodi emendationibus nihil equidem tribuam. Ceterum ad eandem rationem compoſita ab aliis poetis eſt fabula Achillis pueri, quam multi, inque his Apollon. IV, 869 ſq. et noſter inf. l. c. expoſuere.

p. 17. f. 2. Δηϊφῶντος. Vat. Δηφῶντος. At Pal. Ox. Regg. a. p. m. Δημοφῶντος: hoc verum eſſe, docuit, quem, cum haec excuderentur, nondum videram, repertus nuper Hym. in Cer. 234. Δημοφόωνθ' ὃν ἔτικτεν ἐΰζωνος Μετάνειρα, vbi cf. Ruhnk. V. C. — Mox excidit τὸ, in τοῦτο γὰρ ἦν τὸ ὄνομα. ἐπετήρησε (male excuſum — σεν) Μετάνειρα,

τὶ

τί πράξει θεά. ita legitur ex Aegii emendatione certiſſima. In codd. ἐπετήρησεν ἡ πραξιθέα. Pal. ἡ πραξειθεὰ, vt Commel. aſſeuerat. τί πράττοι vel πράξοι. emendat Faber; forte voluit πράξαι, vel πράξειε θεὰ; ſed totam hanc ῥῆσιν, τί. πρ. θεὰ, ex margine irrepſiſſe arbitror; ſatis erat ἐπετήρησε Μετάνειρα, καὶ κατλ. vt inf. III, 13, 6. cf. Hymn. 244. Mox ἐγκεκρυμμένον bene, vt ἄρτος ἐγκρυβίας. et Od. ε, 488. ὡς ὅτε τὶς δαλὸν σποδιῇ ἐνέκρυψε μελαίνῃ. Hygin. l. c. *noctu clam in igne obruebat*: et inf. de Achille III, 13, 6. εἰς τὸ πῦρ ἐγκρυβοῦσα. Poſtea ἡ θεὰ δὲ ἑαυτὴν ἐξέφηνε, noli putare ἐξηφάνισε h. e. ἀφανὴς ἐγένετο: vt fere Ouid. l. c. 561. *dixit et egrediens nubem trahit*; ſed, illa *apparuit qualis eſſe ſolet, ſpecie diuina augusta, terribili.* Itaque ap. Hygin. l. c. *illa irata Eleuſinum exanimauit*; nam ad hunc res ibi transfertur a Celeo: hunc intellige ap. Proclum l. c. in verbis ἐπὶ τὸν Ἐλευσῖνα, non vrbem. In H. in Cer. 274. etiam diuinam formam Ceres recipit, ſed mitiore

tiore cum habitu oris corporisque Porro, τὸ μὲν βρέφος - ἀνηλώθη, ſc. a Cerere in flammam coniectum. At in Hym. in Cer. v. 254. Ceres ex cinere erutum tollit et matri reddit: ἐξανελοῦσα πυρὸς, nam Triptolemum ipſum fuiſſe hunc puerum diſcimus: vnde ne ſuſpiceris et in Apollodoro olim fuiſſe: τὸ μὲν βρέφος ἐκ τοῦ πυρὸς ἀνείλετο, vetant ea, quae ſequuntur. — τῶν Μετανείρας παίδων etiam hic libri conſentiunt in πραξιθέας - adeo inepte argutatus erat librarius, cum ſemel illam intuliſſet, forte quod in rebus Atticis clarum eſſe nomen audierat v. inf III, 15, 1. p. 272. τὸν πυρὸν ἔδωκε., omiſſo καὶ, em. Faber; recte; nam καὶ natum ex τὸν — τὴν ὅλην οἰκουμένην κατέσπειρεν, et primo loco agrum Rharium: Pauſ. I, 38. πυρὸν dixit generali nomine; proprie erat κριθὴ, hordeum. Triptolemus Celeo et Metanira natus etiam in Hymno in Cer. Praeter ea, quae h. l. ſubiiciuntur, alii Rhari filium eum faciebant: v. Svid. in Ῥαριάς. Sed de his et

aliis

liis diuerſitatibus ſatis actum a viris doctis: Meurſ. in Eleuſin. Attic Lect. et Athen. Att. Munk. ad Hyg. 147 Verheyck ad Ant. Lib. 1, 24. Paſſim Ruhnk. V. C. ad Hym. in Cer. vt ad v. 96 450. 480. Moleſtum eſt, eiusmodi loca citata coaceruare; nec niſi inuitus et perraro ſequor morem virorum doctorum in his litteris receptum, forte non ſatis probandum; ad accuratam doctrinam tamen refert interdum, vt teneas, quaenam obſeruata vulgaria iam ſint et expedita, vt ne iterum in iis illuſtrandis conteratur hominum doctorum induſtria, ſed transferatur ad alia minus expedita. *υἱὸν Ὠκεανοῦ καὶ Γῆς* imo *Οὐρανοῦ* Nam Coelus Terram vxorem habuit, Oceanus Tethyn. Nec Oceani amores aliunde noti. Et video ex Pal. Dorv. et ex Regg. notatum pro *υἱὸν, οὐρανοῦ Ὠκεανοῦ.*

ſ. 3. Fabulam de male guſtatis a Proſerpina granis v. in Hy. in Cer. 335 ſqq. 371 ſq. 412. inpr. ap. Ouid. Met. V, 529 ſq. Faſt, IV, 601 ſq. Alios v. ap. Meurſ.

Meurſ. in Eleuſ. c. 25. Puta legem Fatorum fuiſſe, vt nemini ex inferis reditus pateret, qui quid ibi guſtaſſet. ἵνα μὴ πολὺν χρόνον παρὰ τῇ μητρὶ καταμείνῃ. vix hoc ſanum: niſi dicas e poeta eſſe: ne illa omne tempus cum matre exigeret; Hy. in Cer. 373. ἵνα μὴ μένῃ ἤματα πάντα αὖθι παρ' αἰδοίῃ Δημήτερι κυανοπέπλῳ. Sed f. leg. τὸν λοιπὸν χρ.

p. 18. (I, 5, 2.) τὸ συμβησόμενον. ita audacter ſcripſi, videbam etiam Emperium noſtrum in eandem emendationem incidiſſe; vulgo: τὸ συμμασώμενον. μασσώμενος eſt is qui mandit, comedit. Pal. cum Dorv. et Regiis τὸ συμμασόμενον. συμβασώμενον vel συμβησώμενον Med. συμβασόμενον Vat. Mox καταμαρτ. δὲ τοῦ A. Vat. et Γοργίας Pal. Sed Γοργύρα etiam infra in fragm. ex libro XX. περὶ θεῶν occurret. Pro ea Orphnen Ouid. l. c. Met. V, 539. memorauit, Stygem Seruius. Petra Aſcalapho iniecta devolvetur ab Hercule ex inferis reduce inf. II, 5, 12. p. 142. Δήμητρα et hic in

ed.

ed. Rom. mutatum tacite in ed. Commel. aſſentientibus libb. cf. ſup. ad I, 1, 3. p. 3. Ad τὸ μὲν τρίτον cf. H. in Cer. 445 et 398 ſq.

Cap. 6.

ſ. 1. (p. 18.) De *Gigantibus* fuere carmina antiqua, Gigantomachiae nomine inſcripta. Forte ex his nonnulla a ſeriore poeta Claudiano lecta, vtique ab Ouidio, etſi is Lib. I. Met. 151 ſqq. paucis verſibus rem abſoluit. Sed nimis magna cum Titanomachia et cum Typhoei pugna intercedens ſimilitudo faſtidium facere poterat. Omiſit quoque Heſiodus (*v. Diſſ. de Theog. Heſ. in Commentatt.* l. c. p. 151.) Multa in hac fabula ad Theſſaliam ſpectant, in qua terrae motibus et incendiis magnas montium ruinas aliquando factas eſſe neceſſe eſt: ipſa locorum facie etiamnum id teſtante. Phyſica ratio, vt in aliis, mutata eſt in factum et mythum. γεννᾷ Γίγαντας ἐξ Οὐρανοῦ. Ex Coeli genitalium ſanguine cum Erin-

nyſi creantur ap. Heſiod. Θ. 185. Aliter Hygin. praef. p. 4. vbi v. Munk. cf. Etymol. M. in Γίγας. Pro περὶ Τιτάνων ed. pr. παρά. Sollenne fuiſſet ὑπὲρ T. Aegre ferebat Terra Titanes in Tartarum detruſos, v. Apollon. II, 39 et Schol. vt eadem ſup. I, 1, 3. indignabatur propter Centimanos Tartaro incluſos. Ibi erat ἀγανακτοῦσα ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν παίδων. In iis, quae ſequuntur, multa ſunt poeticis propiora: vt Apollodorum veterem poetam ante oculos habuiſſe putem; etſi non ignorem attigiſſe eadem Pherecydem et Acuſilaum. ταῖς ὄψεσι. Pal. ὄφεσι felici lapſu; minus bene καθήμενοι Vat. — ἐκ κεφαλῆς καὶ γενείων. Faber em. ἐκ γενύων, quod de belluis et monſtris ſollenne. At ſtatim de Typhone idem p. 22., l. 1. et refellit Fabrum Munk. ad Ant. Lib. c. 22. et ad Lactant. in Ouid. Burm. p. 482, b. Apud Schol. Lycophr. 63. qui Apollodorum ante oculos habuit, Terra - γεννᾷ δρακοντόπαιδας (leg. δρακοντόποδας) καὶ

βα-

βαθυγενείους καὶ βαθυχαίτας Γίγαντας. Mox: εἶχον δὲ τὰς βάσεις Φολίδας δρακόντων: immo: Φολιδωτάς. nisi εἶχον δὲ αἱ βάσεις Φ. δ. vt inf. II, 4, 2. p. 97. Gorgones habent κεφαλὰς μὲν περιεσπειραμένας Φολίσι δρακόντων. Dionyſ. Perieg. 443. Pythonis ſpira — ὁλκὸς ἀπειρεσίῃσιν ἐπιφρίσσων Φολίδεσσιν. βάσις autem poetica vox, obuia v. c. in Sophocl. Philoct. 1443 et al. Eadem vtitur et inf. III, 5, 8 et ſup. I, 3, 5. Gigantum ſpecies occurrunt etiam in antiquis operibus, inprimis in gemmis. v. *Cabinet d' Orleans* p. 33 ſq. vbi etiam ex ipſo illo Muſeo praeſtans gemma editur, male ſub Titanis nomine; confunduntur quidem Titanum et Gigantum nomina, at *anguipedes* tantum *Gigantes* ſunt; nunquam, quantum quidem memini, Titanes, v. c. Oceanus, Cronos. ἐγένοντο δὲ — ἐν Φλέγραις, ὡς δὲ ἄλλοι ἐν Παλλήνῃ. Deſidero hic doctrinam Apollodori, vt et ſuſpicer interpolatum eſſe locum. Phlegra et Pallene eadem eſt regio, cherſonne-

 ſus

ſus Thraciae ſeu Macedoniae; v. vel Steph. h. v. Melius Theon Progymn. p. 91. καὶ τὴν πάλαι μὲν Φλέγραν, νῦν δὲ Παλλήνην. Vere enim Phlegra, campus Phlegraeus, in Pallene fuit, terrae motibus concuſſae ruinis incendiisque notabilis. Sed Phlegrae nomen traductum ad alia loca caecis ignibus exuſta. Ita campi Phlegraei ad Cumas Italiae, ad quos etiam Gigantum pugnam reuocarunt; v. Strab. V. p. 376 B. 372. C. 430 C. et in Tarteſſo, adeoque in extremo occidente, geſta Gigantum collocat Schol. Il ϑ, 479. ἐν Φλέγραις. communior forma eſt ἡ Φλέγρα, quae et inf. III, 7, 1. occurrit. τὸ Φλέγραιον et Φλεγραῖον πεδίον. — ἐν Παλλήνῃ ſcripſi: turpiter vbique Πελλήνῃ. Mox ſequebatur: ἠκόντιζον δὲ εἰς οὐρανούς. dicerem hoc ſeruatum eſſe ex poeta, aut legendum eſſe Οὐρανίους, Οὐρανίδας, niſi librarios Apollodori ſcirem ex imperitiſſimis eſſe: repoſui itaque εἰς οὐρανόν. Schol. Lyc. l. c. οἱ πέτρας καὶ δρῦς πεπυρακτωμένας ἠκόντιζον εἰς τὸν οὐρανόν.

et

et nofter mox f. 2. p. 22. de Typhone fimili modo: ἡμμένας βάλλων πέτρας ἐπ' αὐτὸν τὸν οὐρανόν.

Porphyrion et *Alcyoneus*: alter notus eft ex Horat. III, 4, 54. et Pind. P. 8, 15. alter Antaei ex Terrae contactu recreati fabulam fuppeditauit; (v. inf. II, 5, 11. p. 137.) ipfe tantum in Pallene, in cuius finibus ex Terra natus erat, hoc muneris habuit; ἐν ᾗπερ ἐγεννήθη γῇ h. Pallene. vt mox quoque patebit. Nec vero Gigantes poterant occidi, nifi mortali a diis in focietatem pugnae adfcito; tali vero pugnae focio a diis adhibito fi vulnerarentur Gigantes, fas erat αὐτοὺς τελευτῆσαι τὸν βίον. Quod vero Iouis armenta ex Erythia (ἐξ Ἐρυθείας: male legebatur Ἐρυθίας) abegiffe narratur, teftatur et ipfum, ante eos, qui Heracleas condidere, antiquiores extitiffe fabulas, quas illi in rem fuam conuerterunt: nam et hoc ad Herculem et Geryonem traductum v. inf. II, 5, 10. Solis regia in extremo occidente; ibi etiam Solis equi

ſtabulabantur; tum vero et boues: iis additus cuſtos Geryon cum Orthro. Mox Geryonis armenta ea facta ſunt. Erant et horti ibidem, ab Heſperidibus nymphis cuſtoditi; mox avocata a Sole et haec fabula, et ad Herculis res traducta. Ita multa, quae ab initio mera ſententiarum ornamenta erant, in facta et res geſtas mutata eſſe videntur. Sequentem locum ante oculos habuit Schol. Lyc. 63. ἐζήτει φάρμακον: ad antiquas notiones compoſitus mythus, mox in Hecate, Medea et Circe frequentatus, naſci ex terra herbas, quibus vita et immortalitas dari poſſit. — Iupiter inducit caelo noctem, et ita ipſe herbam reſecat, quam Terra quaerebat. ἐξήτει vitium eſt Commelin. ne coniicias ἐξῄτει. — Mox ἐπὶ τῆς γῆς, ſuper terram proſtratus; Schol. Lyc. l. c. ὃς πίπτων ἐπὶ γῆν, μᾶλλον ἀνεθάλπετο. Palmer. et Gal. coni. ὑπὸ τῆς γῆς. et Commel. ἐπὶ ait pro ὑπό. Etiam in αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῆς γῆς Pal. cum binis Regg. non habet αὐτὸς, quod importunum iam ante mihi

mihi videbatur. Leg. ὁ δὲ, ἐπί. Πελλήνης male editum et hic. ἔξω τῆς σελήνης ed. Rom. cum ſcriptis; emendauit tacite Commel πελλήνης. Alcyoneum in ſolitaria pugna interemtum ab Hercule etiam Pindarus meminit Nem. 4, 44. et quidem in campis Phlegraeis J. 6, 48. cf. N. 1, 100. Suidas in Ἀλκυονίδες, ex Hegeſandri commentariis huius Gigantis filias patre occiſo ſe in mare proieciſſe et Alcyonidas eſſe factas narrat. Hercules autem, quem hic dii σύμμαχον, h. εἰς συμμαχίαν vocant, erat diuerſus quidem a Thebano: traducta tamen et ad hunc pugna cum Gigantibus. v. inf. II, 7, 1. Ἀθηνᾶς δὲ ὑποθεμένης. *Athenes conſilio.* Aegius in marg. cod. Honorii repererat: Ἀθηνᾶ ὑποδραμοῦσα, interpolatione ex voce ὑποθεμ. male accepta.

ſ. 2. *Porphyrion* Iunoni vim inferre parat. In Vat. καὶ excidit. βοηθοὺς repoſui. vitioſe legebatur βοηθὸς, poterat et legi βοηθόν. *Porphyrion* apud Pindar. P. 8, 15. 22. a Ioue et Apolline inter-

 em-

emtus. Iunone ſeruata nomen accepiſſe Herculem, cum antea Nilus eſſet dictus, narrat Ptol. Hephaeſt. Exc. e lib. II p. 310. homo in fabulis nullo modo audiendus; vt ſemel hoc moneam. *Ephialtes* hic non confundendus cum altero Aloei f. I, 7, 4. p. 28. Pro *Euryto* Rhoetum reponere malit Bentl. ad Horat. II. Carm. 19, 23. qui Rhoetum in hac re memorat; obvium tamen et alterum nomen, apud Hygin. praef. vitioſe ſcriptum *Erytus*, et occurrunt tot alia Gigantum nomina etſi pleraque corrupta: vt nihil mutare ſuſtineam. Exploratius erat quod, monentibus iam Fabro, Bentl. l. c. et Gal. correxi *Διόνυσος*, pro eo, quod legebatur: *θυρσῷ δρυὸς ἔκτεινε.* Sed in Pal. Dorv. et Regg. erat *θ. διὸς*, ex compendio ſcripturae natum. In *μύδρος* int. ferrum candens, vt ſolet fere vox accipi. cf. Heſych. h. v. Ἐγκελάδῳ bene Aeg. em. pro *ἐν κεφάλῳ* vel *ἐγκεφάλῳ.* Fulmine percuſſus ille eſt et ſub Aetna ſepultus ap. Virg. Aen. III, 578. pro eo Typhoeum memorat Pind.

P. I,

P. 1, pr. Briareum Callim. in Del. 143. Alia loca congesta habet Bochart. in Chan. I, 28. Sed eius somnia etymologica non arripiam. — Quod *Pallantis pelle* pro thorace vel clipeo vtitur, videtur antiquior esse mythus; obtinuit mox *aegis*. Alterius Pallantis pellem hanc haberi videbis ap. Schol. Lyc. 355. *Polybotes* Pal. πολυβότης. male. Rem attingit Pauf. I, 2. p. 6 f. cf. Eudoc, p. 340. vbi ὅς, ὑπὸ Διὸς βληθεὶς, ἠνείχετο leg. ἐνήχετο, nam ad Con peruenit. Ad Con insulam in mari extabat rupes a promontorio auulsa: dicta fabulose in Gigantem esse coniecta. Νίσυρον, vt ap. Hom. Il. β, 676. male in Aeg. mss. Pal. Vat. Ox. Regg. νήσουρον. (At Var. Lect. in Coll. Swind. e Palat. νήσιρον.) emendatum ab Aegio ex Steph. qui ex Strab. X, p. 748. 9. emendandus. Si tamen tribuere aliquid velles etymologiae apud Eust. ad Perieg. 525. a νέω, nato, et σύρω, praeferenda esset scriptura νήσυρος. ἀποῤῥήξας ἐπέῤῥιψεν αὐτῷ emendaui cum

Dorv.

Dorv. Ox. Vat. Vesunt. pro διαῤῥήξας. hoc Commel. in parenthesi posuerat, quia ex Palat. aberat: sed exciderat potius vt et in Regg. 2. 3. nam legitur: μέρος ἀπέῤῥιψεν αὐτῷ. in Reg. 1. est ἀποῤῥήξας ἀπέῤῥιψεν. Idem Straboni est ἀποθραύσας. Ἄϊδος κυνέην. Orci galea, quam qui impositam haberet cerni nequibat, (veterum poetarum figmentum valde ingeniosum, cum ἅδης sit proprie ὁ ἀΐδης) nota esse debet ex Hom. Il. ε, 845. Est eadem quam sup. I, 2, 1. p. 5. a Cyclopibus Plutoni curatam narrauerat Apollodorus. Γρατίωνα: nomen haud dubie corruptum, nec obuium inter alia Gigantum nomina quae congessit Gale ad h. l. Munk. ad Hygin. praef. Coniicit Gale Αἰγίωνα (deb. Αἰγαίωνα, qui vnus est e Centimanis; numeratur tamen inter Gigantes ab aliis) Faber Ῥαιτίωνα (voluit forte Ῥοιτίωνα ex Ῥοῖτος.) Ὀφίονα Schol. Il. ϑ, 479 memorat. Forte erat Ἐρατίωνα, Ἐλατίωνα seu Εἰλατίωνα, Στρατίωνα. sed hariolari piget. Mox Μοῖρα δ' Ἄγριον

Regii.

Regii. et pro μαχομένους Pal. Dorv. μαχομένας. an fuit μαχόμεναι? vt ipsae Parcae aeneis clauis pugnarent. Tandem πάντας δὲ Ἡρακλῆς ἀπολλυμένους ἐτόξευσε. expectares, τοξεύων ἀπώλεσε. Certe fulmine proſtratos ſagittis confixit; quod ſupra praedictum erat. cf. Pind. N. 1, 102 Alii etiam Gigantes in Tartarum detruſos et cum Crono cuſtodia habitos narrauerant: v. Schol. Il. ϑ, 479.

ſ. 3 De *Typhone*, ſ. *Typhoeo*; eſt enim Τυφωεὺς, Τυφὼν et Τυφώς. v. Etym. M. etiam haec narratio veſtigia valde antiqui poetici auctoris ſeruat in multis; nec tamen probabis omnia. Multo ſimplicior eſt apud Heſiod. Θ, 280 ſqq. quem fere ſequitur Schol. Aeſchyli Prom. 351. vterque Typhoeum ſtatim pugnae cum Titanibus ſubiiciunt. Porro videndus Hymn. in Apoll. 306 ſqq. At putide nimis et inepte per lib. I. et II. Nonnus in Dionyſ. ab lib. I, 153 ſq. pugnam aduerſus ſidera effinxit. Alio modo variatur fabula ap. Euſtath. in Il. β. p. 345 ex quo emendan-

dandus Schol. Leid. Add. Schol. Lyc. 177. quem exſcripſit Eudoc p. 406. Verum de his poſt Iablonskii diligentiam Panth. Aegypt. lib. V, c. 2. nihil deſideres. Fabula in Syria eſt nata, mox in Ciliciam, hinc in Siciliam traducta; etiam ad inſulas Pithecuſas cum ipſo vocabulo ἐν Ἀρίμοις v. ad Virg. Aen. IX, 715. Excurſ. p. 312 ſq. admixta mox nonnulla de Aegyptiorum Typhone; nec aliud quid ſubeſſe videtur, quam notio venti procelloſi. (cf. Heſiod. Θ. 868 cum Schol. ad 304.) motus terrae, flammarumque erumpentium. Terra natum Typhonem ait Apollodorus cum Heſiodo: Γηγενῆ Aeſchylus: Terra et Tartaro Schol. ad Il. β. 782. at Iunone Hy in Apoll. et ſic Steſichorus ap. Etymol. M. in Τυφωεὺς, e quo Eudoc. l. c. ἐν Κιλικίᾳ. Legebatur ἐν Σικελίᾳ haud dubie perperam, vt ſequentia docent. Saltem quod iam Palm. et Gal. monuerant, Cilicia erat reponenda; quae ſedes Typhonis notiſſima et ortus: v. Pind. P. 1, 32. c. Schol. adde

dde Aefch. l. c. cum Schol. Sed indocti ominis gloffema effe arbitror. Mox μιγ-νμένην ἐ. φ. Vat. ἄπλετον μέγεθος. ἄπλετον poetica vox (v. Ruhnk. V. C. d Hym. in Cer. 83.) qua inde a Polybio criptores vfi funt, vt Diodorus in loco le Phlegraeo campo: ἄπλετον πῦρ. Mox τολλάκις frigere videri poteft; forte, v. c. i in monte ftaret. ἐκ τούτων δὲ fc. e ma-nibus, vt ferpentes pro digitis effent. At pud Hefiod. 824. centum capita angui-nea Typhon habet, et fic alii ἑκατοντα-κάρηνον fimpliciter appellant v. c. Aefch. Prom. 353. Pind. P. I, 31. Infolens haud dubie et valde abhorrens fpecies, nec a poeta elegantis iudicii profecta. Nec vero icet fufpicari Apollodorum fcripfiffe in eundem modum ἐξ ὤμων δέ, nam huma-nam fpeciem ei fuperne tribuit. — To-tum corpus κατεπτέρωτο, dubites pen-nis obductum, an alis? de his tamen Ant. Lib. 28. l. c. ἐπεφύκεσαν γὰρ κεφα-λαὶ πλεῖσται καὶ χεῖρες καὶ πτέρυγες.

(p. 22.

(p. 22. l. 1.) ἐξηνεμοῦντο. poetica dictio pro αὐχμηραὶ ἦσαν, agitabantur venti motu ac flatu. Dorv. ἐξηνεμῶντο. At est ἐξανεμόω. Verior scriptura fuit ἐξηνέμωντο, (vt κατεπτέρωτο) quam Pal. Med Vat. Regii exhibent. At πῦρ ἐδέρκετο prorsus poetica forma, pro, *intuebatur oculis flammantibus*, πυρόεν, seu, vt Hom. δεινόν. Aeschyl. l c. Prom. 356. ἐξ ὀμμάτων δ' ἤστραπτε (Typhon) γοργωπὸν σέλας. quod inf. de Hercule II, 4, 9. p. 110 πυρὸς ἐξ ὀμμάτων ἔλαμπεν αἴγλην. Oppian. IV. Cyneg. 164. leo Δερκόμενος χαροποῖσιν ἐπ' (f. ὑπ') ὄμμασιν αἰθόμενον πῦρ. cf. alia apud Pierson. Verisim. I, 4. p. 49. 50 — Etiam poetica: πολλὴ δὲ ἐκ τοῦ στόματος πυρὸς ἐξέβρασε ζάλη. (Vat. πολύ.) fere sic Aeschyl. Prom 371. τοίονδε Τυφὼς ἐξαναζέσει χόλον θερμοῖς ἀπλήστου βέλεσι πυρπνόου ζάλης. Quaenam ἡμμέναι πέτραι, quibus caelum petit, esse possint, quaeras; possint esse *candentes ignibus subterraneis*, αἰθόμεναι; sed probabilius, *montes cum siluis ardenti-*

ibus. — μετὰ συριγμῶν ad ſerpentes refer. Aeſchyl. 355. σμερδναῖσι γαμφηλαῖσι συρίζων φόνον. Reg. B. tamen μετὰ συριγμοῦ.

De *fuga deorum in Aegyptum* ingenioſum eſt inuentum pro illa aetate; cum poeta meminiſſet ibi deos coli formis hieroglyphicis animantium. τὰς ἰδέας μετέβαλλον Dorv. Vat. Regii, et mox ἔβαλλε, vt ἐφέροντο. de deorum formis mutatis plura habet Ant. Lib. c. 28. alia dabit Iablonsk l. l. p. 50 51. ἀδαμαντίνῃ κατέπτησσεν ἅρπῃ. ita reſcripſi. Ab Aegio inde editum erat ἀδαμαντίνης κατέπτησεν ἅρπης. et in ed. Par. vitioſiſſima exciderat ἅρπης. ἀδαμαντίνῃ ἅρπῃ Pal. et reliqui ſuppeditant; at retinent pertinaciter κατέπτησεν, quod nihili eſt. Comel. c. Palm. coni. κατέπτηξεν, quod ſane conueniret cum συνεδίωξε. Enimuero docere debebant viri docti, quem locum καταπτήσσειν omnino hic habeat: cum illud ſit μετὰ φόβου συστέλλεσθαι, *metuere*, h. l. vero requiratur,

 ter-

terrere; aut igitur credere licet κατaπλήσσειν e poeta antiquo petitum actiua vi esse positum, vt πτήσσειν ap. Hom. semel occurrit pro πτοεῖν, ἐκφοβεῖν. Il. ξ, 40. πτῆξε δὲ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν. etsi et ibi dubitari potest, veriorne sit lectio Grammaticorum πῆξε. aut statuendum, fuisse vel poeticum κατεπτόησε vel κατέπληξεν, quod iam Faber coniecit. Illud obseruandum ex summa antiquitate petitum, quod Ioui h. l. ensis falcatus, *harpe*, tribuitur. cf. sup. ad I, 1, 3. ἄχρι τοῦ Κασίου ὄρους. ita rescripsit Aegius, in cuius libris erat καυσίου. Sic et Pal. cum Dorv. At καυκάσου ex Oxon. et Regg. notatur. Sane ad *Caucasum* Typhonem peruenisse ibique a Ioue fulmine percussum esse narrarunt alii, vt Apollon. II, 1214. vbi a Pherecyde ita traditum esse docet Schol. (quem exscripsit Eudoc. p. 407.) *Casii* tamen *montis*, in Syriae et Aegypti, ad Pelusium tamen propius, confiniis siti, mentio non male fieret; nam in alluente eum Ser-

bo-

onide palude percuſſum fulmine Ty-
honem ſubmerſum non minus alii tradi-
ere, mutuati, vt apparet, rem ab Ae-
yptiis v. inpr. Herod. III, 5. Etymol.
l. in Τυφώς. a d. ablonsk l. c. p. 64
qq. Omnibus inter ſe comparatis *Cauca-
um* ab Apollodoro ſcriptum fuiſſe arbi-
tor: cum is Pherecyde fere duce vta-
ur; cumque ea ſit antiquiſſima ratio,
oque ducant etiam verba illa: *ὑπέρκει-
ται Συρίας*, quod borealem montium ſi-
um ex rudiore locorum adumbratione
eclarare videtur, non auſtralem; cum-
ue ad Caſium montem Typhon de-
lum paullo poſt, cum Iupiter, vinculis
beratus, eum ad Nyſam perſequutus
ſt, perueniſſe putandus ſit, vt expu-
are licet ex ipſo Apollonio II, 1214.
8 19. et Etymol. M in Τυφῶς, quem-
umque tandem hic exſcripſerit auctorem.
— *εἰς χεῖρας συνέβαλεν.* vt, *συμβάλλειν*
τινὶ) εἰς μάχην. et *συμβάλλειν μάχην.*
ἰς Κιλικίαν ex emend. Aegii habemus:
ı codd. eſt *εἰς Σικελίαν.* in iisdem mox

Κωρύβιον vel Κορύβιον. Sed antrum Corycium nemo ignorat. εἰς σικελίαν καὶ. . . . . εἰς τὸ Regii. Alii, et in his Homer. Il. β, 783. Hesiod. Θ. 304. 7. (add. laudd. ap. Iablonsk. l. c. p. 42. ***) Arima et montes Arimaeos memorant, qui et ipsi in Cilicia quaerendi sunt a Syris olim habitata. Paullo ante τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν Dorv. Med. et Regg. omisso τῶν. et mox pro κρύψας Vat. κρύφα; quod ferri potest: sed illud etiam Tzetza legerat, v. Chil. V, 239. Ceterum vt h. l. Typhon Ioui rescinderat tendines, sic Copti fabulabantur, si Plutarcho fides de If. p. 373 C. Mercurium Typhoni excidisse tendines eosque pro chordis intendisse.

(p. 23) Δελφύνην δράκαιναν bene em. Aegius; nam in codd. est φύμην. forte, vt Faber quoque coniicit, scriptum erat: κατέστησε φύλακα Δελφύνην, vt sup. I. 2, 1. τοὺς Ἑκατόγχειρας κατέστησαν φύλακας. vbi cf. not. alias ἐπέστησε accommodatius esset. Occurrit nomine hoc draco

qui

qui Delphos obſederat, Python alias dictus. v. Apollon. II, 708. et Schol. qui vtroque genere adhiberi vocem obſeruat. cf. Spanh. ad Callim. Ap. 101. Del. 91. et ſup. ad I, 4. 1. Etiam in Hymno in Apoll. v. 300. *δράκαινα* memoratur, cui Iuno nutriendum dederat Typhonem, quae haec Delphyne eſſe debuit; ſed loco ibi turbato nomen forte excidit. Ceterum e codd. *Δελφίνην* ſcribere iubet Brunk. V. C. ad Apollon. p. 82. Mox *Αἰγίπας* Vat. Dorv. Fuit hoc tempus illud, quo Pan Typhonem e fundo maris ad littus pellexit, vt Iouis fulmine percuti poſſet: quae fabula ap. Oppian. Hal. III, 14 ſqq. *ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ πτηνῶν ὀχούμενος ἵππων ἅρματι.* interpolatoris manus haec contaminaſſe videtur. *ἐξ οὐρανοῦ* otioſum; Fabro quoque ſuſpectum, *ἅρματι* vix deſideres. Si tamen verum, iung. *ἐπὶ ἅρματι ἵππων πτηνῶν.* Sic inf. I, 9. 28. de Medea: *λαβοῦσα παρὰ Ἡλίου ἅρμα πτηνῶν δρακόντων, ἐπὶ τούτου φ.* *Equi alati* tributi Ioui ad

priſcum ſermonem poeticum ſpectant. ἐπ' ὄρος — τὸ λεγόμενος Νύσαν. Sane Νύσσαν et hic codd. et inf. III. 4. 3. p. 188. vbi v. not. Fabulae partem hanc etiam Apollon. l. c. II, 1218. habet, et Nyſam ad Serbonidem paludem, circa Peluſium, revocat; cf Schol. idem duo verſus Herodori laudat: quos ex hymnis recitat Diod. I, 15 vbi Weſſeling. recte monet, Herodori verſus eos eſſe non poſſe. Homerum minus bene ſubſtituit Cuper. Obſſ. IV. p. 88 Simili modo male me habet Heliodori nomen, cuius verſus duo de Delphyne recitat Schol. Lyc. 208. Quae ſequuntur, de Parcarum fraude, et de monte Haemo, aliunde mihi nota non ſunt. πεισθεὶς δὲ Vat. ἐφημέρων καρπῶν ad obſcuram fabulam ſpectat. num pro mortalibus cibis poeta vetus dixerat? an fabuloſum pomorum genus? Faber coni. ἡμέρων vel ὡραίων mox ἔβαλλεν etiam hic Dorv. At πολὺ ἐπὶ τοῦ ὄρους ἐξέκλυσεν αἷμα, *exundauit*: poeticum et hoc; dictum vt apud

apud Hom. Il. ψ, 61. ὅθι κύματ' ἐπ' ἠϊόνος κλύζεσκον. ne pronus ſis ad coniectandum: ἐξέβλυσαν. etſi βλύζειν proprium hac in re eſſet. Quod *Haemus* hinc nomen ducere dictus, conuenit cum aliis priſcis etymologiarum exemplis. Ad vrbem Aegypti, Hero, ſ. Heroopolin, hoc tractum ab aliis ap. Steph. in Ἡρὼ, — ἢ Αἶμος ἐκλήθη, διὰ τὸ τὸν Τυφῶ ἐνταῦθα κεραυνῷ βληθῆναι καὶ αἷμα ῥυῆναι. Haemi, montis, nomen ducitur vulgo ab Haemo, Boreae et Orithyiae filio: Schol. Theocr. 7, 76. Stephan. in Αἶμος. ἐπὶ τοῦ ὄρους reuocaui ex libb. pro ἐπὶ τῷ ὄρει, quod Aegius de ſuo intulit; dictum eſt vt, ἐπὶ τῆς χώρας, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ. Melius idem mox ἐκ τούτου τὸ ὄρος pro τοῦ ὄρους, vt eius libri et Vat. Dorv. Mare *Siculum* erit h. l. Ionium. Ζεὺς ἐπέῤῥιψεν Αἴτνην — haec iam vulgatiora. v. Pind. Ol. 4, 12. P. 1, 29 ſqq. Diod. V, 71. n. 49. Hygin. f. 152.

Cap. 7.

Sequitur nunc nouus fabularum ordo: Hellenici mythi, seu narrationes Hellenum de stirpis suae originibus, fama prisca acceptae; ex quibus antiquiores obscurae sunt partim ipsa vetustate partim sermone et narrandi modo prisco a poetis varie accepto et ornato. Praefixum, tanquam et ipsum hoc fama antiqua acceptum esset, commentum poetae antiqui de ortu hominum ex fabrica Promethei, non absurdum, si de vita hominum per artes igne inuento exculta, cum his ipsis autem subeuntibus cupiditatum pestibus corrupta, accipiatur; reliqua forte ad ornatum fuere attexta. Subtexitur diluuium Deucalioneum, ex vltima hominum memoria repetitum, vltra quam nihil erat, quod meminissent Hellenes; procedit igitur ab hoc diluuio Hellenum historia, quae, vt plerumque fit in antiquissimis historiis, meris genealogiis contexta est. Deucalion autem habitus stirpis Hellenicae au-

auctor, adeoque omnino hominum et vrbium. Apollon. III. 1087. 8. Ὅς πρῶτος ποίησε πόλεις καὶ ἐδείματο νηοὺς Ἀθανάτοις, πρῶτος δὲ καὶ ἀνθρώπων βασίλευσε. Ceterum in his Hellanicus antiquissimus auctor fuit, cuius etiam Δευκαλιωνία laudatur, vt ap. Schol. Apollon. III, 1025. haud dubie pars maioris operis. vid. Clem. Alex. Strom. VI. p. 752. l. 15. (p. 629.) praeter hunc, Acusilaus.

ſ. 1. Ad sqq. videndus Aeschylus in Prometh. conf. eius Schol. ad 1021. Sed fundus est in Hesiod. Θ. 510 sqq. Add. Ἐργ. 48 sqq. in quibus iam diuersos ornandi mythum antiquum modos, quos alii arripuere, agnoscere licet. Add. Apollon. II, 1251. 4. et ibi Schol. Alium de Prometheo locum Apollodori v. in Fragmentis ex libb. περὶ Θεῶν. n. 37. Sed totam fabulam de Prometheo docte nuper exposuit Schüzius V. C. ad Aeschyl. Prom. Exc. I. ἐν νάρθηκι, ferula, cuius medulla alit fomitem. ἐν κοίλῳ νάρθηκι Hesiod. Θ. 566. *Ignem ferulis*

 optime

optime seruari certum est, Plin. XIII, 22. f. 43. nota nunc res. *καὶ πῦρ* excidit *τὸ*, vt I, 5. 2. *καὶ πυρὸν* pro *τὸν π.* *ἐν δὴ τούτῳ* Dorv. Vat. Regg. Iungenda autem: *ἐν δὴ τούτῳ* — *ἐδέδετο.* De Caucaso si bene memini, nec Hesiodus nec Aeschylus mentionem iniicit: alter locum supplicii Promethei omnino non attingit, alter Scythiae fines versus Oceanum Scythicum memorat. De Aeschylo vide egregie disputantem Schüzium V. C. ad Aeschyl. p. 9. Subnata primum Caucasi notio videtur in Herculis fabulis: cf. nostrum p. 139. ex quibus eum montem adsciuisse videtur ipse Aeschylus in Prometheo *λυομένῳ*, cuius argumentum erat ex Herculis rebus sumtum. *αὐτοῦ τοὺς λοβούς.* *αὐτῷ* Reg. 1. Sic scribendum: *ἐφιπτάμενος αὐτῷ.* — *λοβοὺς τῶν ἠπάτων* an pluralis alibi occurrat, videant alii; potest sic ex poeta seruatum videri; equidem indocto librario acceptum refero, qui compendium in fine vocis non intellexit, cum esset: *τοῦ ἥπατος*

τος αὐξανομένου. In Hesiodo, Aeschylo, Apollon. II, 1254. nusquam aliud lectum memini, quam ἧπαρ, etiam in Schol. ad e. l. (quem exscripsit Eudoc. p. 346.) καὶ Προμηθεὺς δὲ Vat. δίκην ἔτινε. ἔκτινε vitium est ed. Par. ne in emendationem incidas ἐξέτινε. De re v. Schol. Apoll. II, 1252. 3. — δηλώσομεν. v. inf. II, 5, 11. p. 139.

f 2 De *Deucalione* et *diluuio Deucalioneo* v. Prideaux ad Marm. Oxon. p. 337 sqq. et laudd. ad Hygin. f. 153. vbi et de matre agitur. Nostrum exscripsit Schol. Il. α, 10. laudato in fine Apollodoro. τῶν περὶ Φθίαν τόπων. Thessaliam etiam Hellanicus ediderat. v. Schol. Apollon III, 1085. Certe ex iis locis Hellenica stirps erat oriunda, et antiquiores mythi Hellenici, vti hic ipse mythus de diluuio, ex Thessalia originem duxisse videntur. τὸν - τόπον Vat. Regg. τὸν περὶ Θίαν τόπον Pal. τὸ χαλκοῦν γένος v. Hesiod. Op. 143 sqq. etsi res ibi aliter ornata. καὶ ἐπεὶ δὲ ed. pr. possis

cum

cum Commelino coni. καὶ ἐπειδὴ, vt Schol. Hom. l. c. καὶ ἐπειδὴ Ζεὺς ἠθέλησε τὸ χαλκοῦν γένος ἀπολέσαι. At καὶ abest codd. τὸ χ. ἤθελε γένος Pal. Dorv. Vat. λάρναξ, κιβωτὸς, nomina in priscis fabulis obuia pro nauigii genere rudi. εἰσέβη adoptaui ex codd. consensu: et ex Schol. Homer. pro ἀνέβη, nec damnandum videri debebat. Luc. de dea Syr. f. 12. εἰς ταύτην ἐσβιβάσας — ἐσέβη· ἐσβαίνοντι δὲ οἱ etc. τὰ πλεῖστα μέρη τῆς Ἑλλάδος. qui primi narrarunt, haud dubie Helladem Thessaliae intellexere. Etiam Aristot. Meteorol. I, 14. vbi dixit, rerum naturam ita ferre, vt certis temporum interuallis modo in hac modo in illa terra imbres et aquarum eluuiones eueniant, pergit, ὥσπερ ὁ καλούμενος ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμός· καὶ γὰρ οὗτος περὶ τὸν Ἑλληνικὸν ἐγένετο μάλιστα τόπον, καὶ τούτου (sc. τοῦ τόπου) περὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν ἀρχαίαν. αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ περὶ τὴν Δωδώνην καὶ τὸν Ἀχελῷον· οὗτος γὰρ πολλαχοῦ τὸ ῥεῦμα μεταβέ-

βλη-

βληκεν. ᾤκουν γὰρ οἱ Σελλοὶ ἐνταῦθα, καὶ οἱ καλούμενοι τότε μὲν Γραικοὶ, νῦν δὲ Ἕλληνες. coniectura adeo ille ſua Deucalioneum diluuium ad loca verſus occidentem Theſſaliae reuocat, in quibus Acheloi eluuiones ſubinde euenire ſolebant. Eodem tempore chronologi Phaethontis combuſtionem mundi auſtralis commemorarunt: v. Tatian. ad Gr. 60. ex quo Clem. Alex. et Euſeb. οἱ συνέφυγον εἰς τὰ - ὄρη. valde probabile fit ita legi ex Aegii interpolatione, ſecundum Schol. Hom. l. c. nam in codd. συνεφοίτων reperio. Etiam inf. II, 2, 2. p. 90. εἰς τὴν ἐρημίαν ἐφοίτων. τότε δὴ καὶ Reg. 1. τὰ ὄρη διέστη *diremti ſunt, receſſere,* vt Seneca N. Q. VI, 25. loquitur. Schol. Hom. l. c. τὰ κατὰ Θεσσαλίαν στενώματα καὶ τέμπη διέστη. Strabo I, p. 101. 6. (58.) εἴποτε διαστὰς ὁ ἰσθμὸς, ἢ ἵζημα λαβὼν, ὁ διείργων τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος ἀπὸ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάττης, ἀποφανεῖ πορθμόν. vbi cf. Caſaub. Apud Homer. Il. ν, 29. mare διίστατο aduentante

Ne-

Neptuno. καὶ τὰ ἐκτὸς ἰσθμοῦ καὶ Πελοποννήσου, int. extra Isthmum terras versus Thermopylas et Oetam. Pal. τὰ ἐντὸς Ἰ quod Faber praefert; male. nam in Peloponneso diluuii memoria nulla. Etiam Schol. Hom. ἐκτός. Mox συνεχύθη restitui ex Schol. Hom. vt ipsa ratio suadebat, vtque emendabat Commelin. vel συνεχώσθη. v. Ouid. M. I, 290. I. Vulgo συνεχέθη, saltem συνεσχέθη aquis tenebantur cuncta loca. διὰ τῆς θαλάσσης, nunc pro aquarum eluuie. ἐφ' ante ἡμέρας abest Dorv. Regg.

(p 26. I, 7, 2.) τῷ Παρνασσῷ προσίσχει. corrigendus hinc Schol. l. c. τῷ Π. περιίσχει. Appulit nauem Deucalion ad Lycoream Parnassi. cf. Marm. Parium l. c. Ibidem (add. l. 6. Prideaux p. 3:6.) vide de sacro, quod Ioui Φυξίῳ, effugii ex aquis auctori, Deucalion fecit. — θύει scripsi cum codd Vat. Med. Dorv. Regg. Pal. ἐθύει vulgo ἔθυσε, quod Aegium ex Schol. Hom. adoptasse suspicor. ἐπέτρεψεν αἰτῆσαι Schol. id. sed αἰτεῖσθαι aliquoties noster

noſter, vt III, 7, 6. p. 219. At mox αἱρεῖται reſtitui ex libb. et Schol. eod. pro αἰτεῖται. Tenuit ab hoc tempore Deucalion vrbem Opuntem in Locris; (v. Pindar. Ol. 9, 64 ſq.) ſecundum Apollodorum, Cynum, v. Fragm. ex περὶ γῆς ap. Pind. Schol. ad e. l. 65. — ὑπὲρ κεφαλὴν edd. puto ex Schol. Hom. ed. pr. nam libri ὑπὲρ κεφαλῆς. τοὺς ante λίθους vix probandum et ſuccurrit Vat. ἔβαλε λίθους. idem mox ἔβαλε, melius. ἔβαλλεν ὁ Δευκαλίων Schol. l. c. ἀπὸ τοῦ λάας ὁ λίθος vereor ne haec ex margine venerint vna cum voce μεταφορικῶς. Apud Schol. Hom. l. c. paullo ante: ὑπὲρ κεφαλῆς ἔβαλλεν αἴρων λᾶας, τουτέστι λίθους, aptiore loco. De voce λάας v. Etymol. M. h v. Etiam haec fabula eſt ex iis, quae ex inepta etymologia natae ſunt: vetus poeta λαοὺς ex λάας duxerat: De ea v. Pind. Ol. 9, 64-71. c. Schol. Ad eandem ſpectare videtur fragm. Heſiod. ap. Strab. VII. p. 496. A. vbi lego: Λεκτοὺς ἐκ γαίης λᾶας πόρε Δευ-

Δευκαλίωνι Sunt autem ex antiquiſſimis inter Graecos Locri, iidem Leleges habiti; quos ad Pelasgicam ceteroqui ſtirpem pertinuiſſe conſtat. Scilicet Hellenica ſtirps priſcos colonos ſub ſua ſigna collegiſſe videtur.

ἐκ Πύῤῥας καὶ Δευκαλίωνος Pal. mox γεγεννῆσθαι ed. pr. et Schol. Hom. cf. ad c. 2, 1. ἔνιοι et δεύτερος δ' vncinis incluſa a Commel. quia abſunt cod. Pal absunt etiam a ceteris libris, vt adeo locus ſic conſtituendus eſſe videatur: ὃν ἐκ Διὸς γεγενῆσθαι λέγουσιν, Ἀμφ. δὲ, etſi hoc δὲ abeſſe quoque poteſt Ceterum h. l. ante oculos habuit Schol. Il. μ. 117. ὁ μετὰ Κρανάὸν repoſui, vt res poſtulabat, addicentibus libris: male edebatur inde ab Aegio ὁ μετὰ Κραναοῦ. De eo cf. inf. III. 15, 5. θυγάτηρ δὲ Πρωτογένεια. alii aliter. cf. Schol Pind Ol 9, 62 ſq. 79: Ἕλληνος δὲ etc. Conſentit fragm. Heſiodeum ap Schol. Lycophr. 284. et Pind. P. 4. 253 cf Prideaux ad Marm Parium l. c. qui de toto qui ſequitur loco eſt inſpi-

ſpiciendus: aut, ſi ad manus eſt, Hiſt. yniu. Guthriana T. II. Loca veterum claſſica ſunt Strabo VIII. p. 587. C. (383.) Pauſ. VII, 1. Conon. c. 27. Νύμφης Ὀρσηίδος hanc alibi occurrere non memini; Suſpicor fuiſſe Ὀρειάδος. Nymphae Oreades notae ſunt, vt ἀλσηίδες apud Apollon. I, 1066. In cod. Pal. erat ὀροηίδος. Ap. Ant. Lib. 13. et 22. eſt Ὀθρηΐς, f. Ὀθρυΐς.

ſ. 3. αὐτὸς μὲν οὖν, non quaſi ipſe vocauerit poſteros Hellenas; ſed Hellenes nomen duxere ab eo. Ita et paullo poſt terras diuiſiſſe dicitur filiis ſeu poſteris: quod non magis verum quam de Noacho; ſed tribuitur plerumque ſtirpis auctori tanquam res ab eo imperata aut prouiſa, ſi quid poſteris eius euenerit aut ab iis ſuſceptum fuerit. ἀπ' αὐτοῦ Dorv. v. Dorv. ad Charit p. 328. τοὺς ὕστερον κεκλημένους e cod. Honorii legi iubet Aegius; ſed perperam; nam Hellenum non ſerius, ſed antiquius nomen τῶν Γραικῶν eſſe nota res eſt: v. Marm. Par. ep. 10. Ariſtot. Meteor, I. 14. de-

beret adeo eſſe τοὺς πρότερον κ. Γ. Xuthum alii in Atticam confugiſſe ibique Tetrapolin condidiſſe narrant v. Pauſ. l. c. Strabo l. c. poſt eum Ionis magna in Attica fuit auctoritas, dictaque illa ab eo Ionia et incolae Iones. cf. Strab. et Pauſ. l. c. add. Herod. V, 66. Schol. Il. κ, 685. Inde profugi Iones obtinuere Aegialeam, mox Achaiam dictam; donec expulſi inde ab Achaeis rediere in Atticam. v. Pauſan. l. c. vbi coaluere cum Pelasgis v. Herod. I, 56. II, 51. τὴν πέραν χώραν Π. intellige extra Peloponneſum; τὴν ἀντιπέραν, nam Heſtiaeotidem ad Oſſam et Olympum occupauit Dorus, v. Herodot. I, 56. mox ſub Parnaſſo habitauit ſtirps Dorum et Tetrapolin Doricam condidit: de hac altera ſede intelligendus Conon c. 27. add. Strab. l. c. ἀφ' ἑαυτοῦ Δωριεῖς ἐκάλεσεν. Locus claſſ. eſt Herod. I, 56. e quo verba repetiit Stephan. Byz. in fragm. ἐκάλεσε h. e. locum et cauſſam nomini fecit. τῶν περὶ τὴν Θεσσαλίαν τόπων, h. e. ipſam Theſſaliam,

quam

quam incoluere Aeoles. Conon l. c. terras inter Aſopum et Enipeum fluuios primam ſedem aſſignat. Ἐναρέτην τὴν Δηϊμάχου. Enarea eſt ap. Schol. Pind. P. 4, 253. E Laodice Aloei f. Salmoneum et Cretheum editos facit Euſtath. p. 1681, 62. Διϊμάχου Pal. Κρηθέα. vulgo vitioſe Κριθέα. ed. pr. Κριθέα δὲ forte pro καὶ, vt in Mediceo eſt. Δηϊόνα a Δηϊὼν, notior ille propter Cephalum filium cf. inf. I, 9, 4. Nomen hoc varie ſcribitur: Δηϊὼν, όνος. Δηίων, Δηΐονος. Δηϊονεὺς, vt inf. II, 4, 7. et Δηϊωνεύς. Satis de his monitum ab Heinſ. ad Ouid. Met. VII, 672. VI, 681. Intpp. Hyg. f. 48. et 189. Verheyk. ad Anton. Lib. c. 41. pr. Add. Mezir. p. 151. Κανάκην, non Καναχην, vti edebatur, etſi hoc dictum eſſe poſſet vt Κάναχος. Sed illud tuentur Pal. Vat. Dorv. cum Callim. in Cer. 100. et ſic Ouid. Ep. XI. cf. Munk. ad Hyg. 238.

Perimede. Apud Ouid. Met. VIII, 589 ſqq. eſt *Perimele.* Hippodamantis fi-

 lia

lia ab Acheloo per vim compreſſa et in vnam ex Echinadibus mutata. Diuerſa autem haec Perimede a ſorore Amphitryonis, Licymnio elocata, inf. II, 4, 6. p. 106. Hippodamantis filiam Euryten inf. I, 7, 10. Porthaoni nuptam videbimus. De *Oreſte* nulla alia mentio facta occurrit. Μυρμιδόνος. Myrmidon hic Iouis et Eurymeduſae f. a quo Myrmidones Theſſaliae partem et Aeginam inſulam incolentes. cf. Munk. ad Hygin f. 52. extr. pro qua origine alii abſurdam etymologiam ἀπὸ τῶν μυρμήκων ſubſtituere. cf. inf. III, 12, 6. p. 252. extr. — Ἄντιφος καὶ Ἄκτωρ. male ſcriptum et editum Ἄκτων. Sic inf. I, 9, 9. Ἀλάστων pro Alaſtor. Eſt autem hic *Actor* diuerſus ab altero Deionis filio I, 9, 4. qui Phthiam tenuit, Eurytionis (inf. I, 8, 2. p. 34. extr.) et Menoetii (inf. I, 9, 17. p 56.) pater ex Aegina Aſopi filia, Pelei expiatione clarus. Confuſi tamen vterque, vt ap. Euſtath. Il. β, p. 113, 1. Omnino in *Actoribus* diuerſae ſtirpis ſaepe

fiunt

fiunt turbae vt ap. Diod. IV, 72. vbi v. Weff.

ſ. 4. *Alcyone*. De ea et de *Ceyce* Heſperi, ſiue Luciferi f. v. Munk. ad Hyg. f. 65, et Intpp. ad Luc. Halc. T. 1. p. 177. Verba Apollodori conueniunt fere cum Schol. Ariſtoph. Av. 251 Sed in hoc ὁ μὲν ἐκάλεσεν ἑαυτὸν Δία, ἡ δὲ Ἥραν, probabilius faciunt inſolentiae crimen, quod iis impingitur: nam, quod hic eſt: *Ceycem appellaſſe vxorem Iunonem*, poterat inter blanditias haberi. Sequitur tamen hoc etiam Clemens Coh. p. 47. f. Omnino varietas narrationis eſt de *Alcyone* et *Ceyce*: videntur tamen omnia redire ad regem Trachinis, apud quem Hercules deuertit inf. lib. II; 7, 7. Noſtrum ante oculos habuit Schol. Il. I, 558. cf. Euſtath. p. 776, 19.

Κανάχη in libb. et hic habetur, et ſtatim ἐποίησεν ἐκ Ποσειδῶος, quod librarii ſtupori deberi arbitror, cum obſcure ſcriptum eſſet ἐκύησεν vel, quod et Scaliger reponi voluit, ἐγέννησεν. hoc

vtique ſollenne in noſtro. Nomina liberorum vix incorrupta ſunt. Νίρεα καὶ Ὀποπέα Pal. Vat. Ὀπωπέα Dorv. Νιρέα καὶ Ὀπωπέα Reg. 3. Τρίοπα repoſui pro Τρίωπα, a Τρίοψ. nam frequentatur ductum hinc nomen ὁ Τριόπας, quo nomine plures noti ſunt, et τὸ Τριόπιον. cf. Holſt. ad Steph. in h. v. Probabile tamen ſit, vtrumque et Τρίοπα et Τριόπαν promiſcue dictum fuiſſe. Ita apud Theocr. 17, 68. Τρίοπος κολώνη, quae aliis Τριόπου. Mox, τὰ κύματα e poeta petitum videtur. Ἰφιμέδεια eſt etiam Ἰφιμέδη v. Munk. ad Hyg. f. 28. De *Aloidis* narratio videnda apud Od. λ, 304 ſqq. vbi cf. Euſtath. ſpectat ea ad Boeotias fabulas; Aſcram eos condidiſſe et Muſarum religiones inſtituiſſe primos Boeoti narrabant Pauſ. IX, 29. Sed fuit inprimis audacia animi et ſtatura corporis prodigioſa; id quod ſeu fama vetus ſeu poeta ita narrauit, vt in ſeqq. videbimus. Heſiodum cum noſtro conſenſiſſe, diſco ex Schol. Apollon. I, 482. Ἀλωείδας:

In

In Vat. Dorv. Vef. Regg. 'Αλωάδας. Med. 'Αλωίδας. et mox 'Αλωάδας Omnes hae formae in fcriptoribus occurrunt; etiam 'Αλωϊάδαι apud Apollon. I, 482. et apud Diodor. IV, ext. vbi v. Weffel. Prima forma grammaticae rationi eft accommodata; fed 'Αλωάδας (etfi ratione grammatica deftitutam) formam magis follennem effe, exemplis docere contendit Hemft. ad Luc. T. I. p. 494. πρὸς θεὸν: fcio ferri hoc poffe: follennius tamen πρὸς Δία vel πρὸς θεούς. ap. Hom. l. c. οἵ ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλήτην. Mox ἐπὶ τοῦ Ὀλύμπου Pal. Reg. 3. nec male. ἔδησαν Ἄρην. narratio eft Il. ε, 385. vbi cf. Scholion, (quod exfcripfit Eudoc. p. extr.) in quo multa grammaticorum commenta funt fuper fenfu et interpretatione fabulae: fed eam ab antiqua dictione profectam effe non dubito: narrata erat Aloidarum virtus effe tanta, vt et Martem victum vinctumque tenerent. Ad eandem fabulam videntur fpectare verfus e Panyafi a Clemente laudati p. 30. extr. vbi τλῆ δὲ καὶ ὀβριμόθυμος Ἄρης

ὑπὸ πατρὸς ἀνάγκης. ἐν Νάξῳ. hoc Pindar P. 4, 156. et Schol. et inde Pauſ. IX, 22. f. facile ſuppeditabant. Edebatur tamen corrupte ἐν ἁμάξῃ. Vat. Veſ. ἐν ἁμάξῳ. Dorv. ἐναμάξῳ. In eadem voce laborabat Hygin. f. 28. vbi v. Munk. et van Stav. ἐν Νάξῳ legendum eſſe vidit iam Gale. εἰς ἔλαφον. ſic et cerua fit dea ap. Schol. Pind. l. c. at apud Schol. Hom. l. c. immittit ea ceruum. διὰ μέσων Dorv. Regg. εὐστοχῆσαι τὸ θηρίον. immo τοῦ θηρίου, ex communi vſu. Ceterum ab Apolline Otus et Ephialtes telis confixi ſunt ap. Homer. Od. λ, 317. quem ſequitur Apollon. I, 484. vbi altera narratio de Diana in Schol. tanquam recentiorum auctorum affertur: οἱ νεώτεροι δέ. ad hanc alludit verſus Callim. in Dian. 264. Tertia narratio eſt apud Hygin. l. l. vbi cf. Munk. add. Pauſ. IX, 22. f.

ſ. 5. De *Endymione* v. Schol. Apollon. IV, 57. 58. vnde intelligitur variis modis fabulam a multis fuiſſe tractatam, primo

primo tamen auctore Hesiodo. Spectat autem ea cum sequentibus capp. ad res Aetolicas, quae nescio quo fato inprimis multis carminibus ac mythis fuere celebratae; in primis Oenei, Meleagri, Tydei, Diomedis res. Leda quoque Αἰτωλὶς, vt Apoll. I, 146. Aetoli orgines ex Elide habebant. *Aethlius* Iouis et Protogeniae f. vt sup. I, 7, 2. p. 26. de eo v. ad Hygin. f. 271. Occupata ab eo Elis v. Pauf. V, 1. At secundum alios ab Endymione, Clymeno deiecto c. 8. pr. *Ζεὺς αὐτῷ δίδωσιν* rogatu, puta, Lunae. *κοιμᾶσθαι διὰ παντός.* obscurum est, qualis haec poetae, qui hoc commentus est, visa fuerit felicitas. Prima Hesiodi narratio (ap. Schol. Apollon. l. c.) fuit haec; *αὐτὸν ταμίαν εἶναι θανάτου, ὅτε θέλει ὀλέσθαι.* — Mox *ἀθάνατος καὶ ἀγήρως* prisca est immortalitatis notio, Homero frequentata. In prisco hominum, multoque magis poetarum, sermone omnia quae praeclara aut vllo modo insignia habebantur, a diis pro-

cedebant, vt ex Homeri ſingulis fere verſibus intelligitur. Si cuius nobilitas erat declaranda: a diis, a Ioue ille erat natus. Si pulcritudo: ornatus fuerat a dea ſeu deo; hinc raptus a dea, vt h. l. Endymion a Luna, et deus factus. Poetae mox hoc loquendi modo vſi ſunt ad narrationes iuſtas, variisque rerum argumentis et ornamentis diſtinctas, inde ſerendas ac detexendas; finxere ad eundem morem alia aut traduxere: ita v. c. pulchri pueri ac puellae amantur a Nymphis, a Dite et Proſerpina: aut in Olympo Ganymedes eſt a poculis, et ſic porro. Adeo multa poetae ex veteris loquendi moris genio deduxere, quae nunc et ipſa inter fabulas ſunt, ſed ſecundi ac tertii, vt ita dicam, ordinis. Satis eſt ſemel haec monita eſſe. Ceterum locum e noſtro repetiit Zenob. III, 76.

ſ. 6. *Endymionis vxorem* alii aliter tradiderant. v. Pauſ. V, 1. In hoc loco Σηΐδος Νύμφης ἢ Νηΐδος deprauationis notam habent: vt aut tollenda ſint priora, aut

aut ſcribendum: *καὶ Νύμφης Νηΐδος*, aut poetius *Ναΐδος*, vt I, 9, 6. dixit, et *Ναΐδος* ſimpliciter II, 1, 4. p. 85. In libris nulla variatio, niſi quod in Regio alt. exciderunt *νύμφης ἢ νηΐδος*. *Αἰτωλός.* praeter hunc, Endymionis filii fuere Paeon et Epeus, qui Elidem obtinuit, a quo Epei dicti. cf. Pauſ. l. c. Conon c. 15. *κτείνας Ἄπιν τον Φορωνέως*: v. inf. II, 1. pr. *ἐν τοῖς ἐπ' Ἀζᾶνι ἄθλοις* addit Schol. Pind. Ol. 3, 22. At *ἀκούσιον φόνον* ſimpliciter memorat Schol. Il. *ν*, 218. Quod Apis hic Phoronei f. editur, aduerſus temporum rationes peccat; ſed alter ille eſt, Iaſonis filius: v. Pauſ. l. c. p. 376. extr. Aetolum a Salmoneo expulſum, ad Ephori fidem narrat Strabo VIII. p. 547. B. et lib. X, p. 711. *Κουρῆτιδα χώραν.* vide ad h. l. inprimis Strab. X, 711. B. C. Curetes antiquiores incolae. Aeoles ab Aetolo ex Elide adducti, et hinc terra Aetolia. v. Pauſ. l. c. Scymnus Chius v. 472 ſqq. *ἀφ' ἑαυτοῦ.* Vat. *ἐφ' ἑαυτοῦ*, perpetua variatione, de qua ſaepe

ſaepe dictum. idem mox ἐκάλεσεν Αἰτωλίαν: ſaltem Αἰτ. ἐκάλεσεν excudendum erat.

ſ. 7. *Pleuron* et *Calydon* vrbes Aetoliae et principes; etiam Homero pro Aetolia tota dictae Il. ν, 218. ξ, 116. ἐγένετο. quidni ἐγένοντο, vt fere alias loqui amat noſter. Στερόπην ſcripſi pro Στεροπὴν, et mox Λαοφόντην pro vulgato Λεοφόντην. Eam ex Pherecydis lib. II. memorat Schol. Apoll. I, 146. vbi ex ea Theſtio Leda et Althaea ſuſceptae ſunt. Amythaonem inf. I, 9, 11. videbimus. καὶ ante Πρωτογενείας male abeſt a codd. Ὄξυλος. Oxylus hic diverſus habendus ab eo, qui inf. II, 8, 3. memoratur, Andraemonis, ap. Pauſ. V, 3. Haemonis f. v. Verheyk p. 214. ſq. δεκάτῃ γενεᾷ ille ab Aetolo Endymionis f. computatur: v. Strabo. l. l. p. 711. B. *Theſtius* Agenoris nepos h. l. at filium tradit Pauſ. III, 13. p. 239. extr. ex Ario: Ἀρειός φησιν ἐν τοῖς ἔπεσι. forte: Ἄσιος. Ἀρεὺς poeta eſt ap. Ant. Lib. 12. Pro *Demonice* mater Theſtii Androdice eſt

ap.

ap. Schol. Apollon. I, 146. et ex Eumelo Pantidyia. Πορθάονα. v. mox ad ſ. 10. extr.

ſ. 8. De *Eueno* v. Schol. Il. I, 553. Euſtath. p. 776, 10. Hygin. f. 242. et ibi laudd. inprimis Plut. Parall. p. 315. E. vbi Martis et Steropes f. editur. Ἀφαρέως. ſic et inf. III, 10, 3. p. 232. extr. ſcribitur. Ἀφάρεος Pal. Dorv. Regg. εἰς τὸν ποταμὸν ἔβαλε. forte ſyllaba abſorpta ἐνέβαλε.

ſ. 9. *Idae* et *Apollinis* pugna de *Marpeſſa* nota ex Il. I, 553. vbi v. Schol. qui cum Apollodoro conſentit; ex eo Eudoc. p. 237. Ex templo Apollinis Marpeſſam abſtrahit in Cypſeli arca ap. Pauſ. V, 18. Ad Arenen Meſſeniae pugna facta. In Μάρπησσα conſentiunt codd. Apollodori: nec aliter Pauſanias; cum tamen apud Homer. Il. I, 553. ſit Μάρπισσα. Eius filia Cleopatra, Meleagri vxor, dicta eadem Alcyone, quod mater tum, cum rapiebatur, alcyonis more queſta erat ibid. 557 - 560. Diuerſa eius ſtirps

ſtirps eſt ap. Pauſ. IV, 2. extr. ex Cypriis carminibus. Μεσήνην Pal. Dorv. Vat. vt et infra: quae ſane antiquior eſt ſcriptura; ſed librarii tam docti non fuere, vt eam reuocare vellent; acceptum potius ab iis modo hoc modo illud temere. Nec debebant viri docti in ſimilibus modo vna modo duplici littera exaratis, v. c. *Parnaſſus*, *Cephiſſus*, *Criſſa*, argutias captare. Satis eſt tenere, ea quae littera geminata nunc ſcribuntur, antiquo aeuo vna littera exarata fuiſſe; etiam vbi pronuntiando geminabatur littera. Ad Homericam criſin et conſtantiam in ea ſeruandam inprimis multum refert, hoc tenere. Mox cum pronuntiandi vſu, multo magis ſub ſeriora tempora, in plurimis vocibus geminarentur litterae, librarii ſequuti ſunt hoc idem, non tamen ita conſtanter, quominus ſaepe aberrarent; alia correctorum et grammaticorum ſedulitas ad antiquam formam retraxit. Nunc aut eligendum eſt vtrum ſequaris, idque conſtaner rettinendum;

aut

ut sequendus vsus vulgaris, vt in Μεσ-
ήνη. καὶ αὐτῷ ὁ 'Α. abest αὐτῷ Vat.
ἀφαιρεῖται, auferre conatur. — περὶ
ὸν τῆς παιδὸς γάμον Med. Ζεὺς διαλύ-
σας Schol. Lyc. 561. qui h. l. fere ex-
scripsit, addit: Ἑρμῆν πέμψας, ὁπο-
τέρῳ βούλεσθαι σ. Vat. γηράσαν Pal.
probante Fabro; forte voluit γηράσασαν,
quod Schol. Hom. l. c. habet. Nec
vero male ratiocinari videri debet Mar-
bessa.

§. 10. ἐξ Εὐρυθέμιδος τῆς Κλεοβοίας.
hoc vltimum vix sanum. debebat patris
nomen subiici, an Κλεοδαίου, aut simile?
fuitne ἡ Κλεοβοίας? Est Cleoboea apud
Paus. X, 28. pr. et Conon. 7. sed aliena
ab h. l. Mira est diuersitas in *Thestii*
stirpe praeprimis in *Ledae matre*: Schol.
Apoll. I, 146. ex Pherecyde Laophonten
edit; Leucippen Hyg. f. 14, p. 48. vbi
ex ea Iphiclum et Althaeam natam ait;
quam cum fratre ex Deidamia Perieris
f. editam memorat Schol. Apoll. I, 201.
Fecit quoque turbas *Thestii* et *Thespii*
no-

nominum confusio, de qua v. Wessel. ad Diod. IV, 68. l. 23. Munk. ad Hyg. f. 77. Alia diuersitas est, quando *fratres Althaeae* commemorantur. v. ad Hygin. f. 173. p. 283. Pauf. VIII, 45. p. 693. f. Schol. Il. I, 563. et 580. Ant. Lib. c. 2. f. Saltem verbo haec monenda sunt, ne quis haereat, si in tam diuersa incidat; nam in iis tempus consumere aut doctrinam ostentare quenquam nolim. De *Iphiclo* v. Apoll. I, 201. idem inter Argonautas inf. I, 9, 16. p. 56. Λήδα recepi ex Oxon. re ipsa et Apollodoro inf. III, 10, 5. exigente. v. Schol. Apoll. I, 146. Hyg. f. 77.

Πορθάονος. Diuersa nominis, *Porthaonis*, est scriptura: Πορθεὺς Homer. habet, Il. ξ, 115. Παρθάων ap. Strab. et Pauf. IV, 35. pr. et omnino hoc maxime frequentatum, etiam in patronymicis: Parthaonides. Parthaonius. v. Heinf. ad Ouid. Met. VIII, 541. et sic antea, hic et paullo ante, legebatur Παρθάονα, Παρθάονος. Praetuli tamen Πορθάονος, quod Homerico Πορθεὺς propius, ex Pal. et Regiis; praefere-

ferebat idem Gale. add. Munk ad Hygin. f. 172. et inprimis Verheyk. ad Ant. Lib. c. 2. Πειρϑάονα Med. Εὐρύτης Ἱπποϑάμαντος. excidit τῆς Ἱ. *Hippodamas* est Acheloi f. fup. I, 7, 3. f. *Filii* tres *Porthei*, Ἄγριος, Μέλας, Οἰνεὺς, memorantur ab ipfo Homero Il. ξ, 117. Apud Schol. et Euftath. funt Lycopeus et Alcathous Agrii filii, occifi a Tydeo, quod eius parentem Oeneum cum Melane exagitarant: fed haec ipfe Apollod. attigit inf. I, 8, 6. Sufpicor adeo voc. Λευκωπεὺς h. l. male effe intrufum; etfi diuerfos auctores fequi nofter potuit. *Alcathoum* Oenei fratrem mox I, 8, 5. iterum memorat cum *Melane*, et *Agrii filios* I, 8, 6. recenfet. *Laocoon* Oenei frater, adeoque Porthaonis f. ab noftro omiffus, occurrit ap. Apollon. I, 192. et Hyg. f. 14. p. 48. vbi v. Munk. *Sirenes*. At v. fup. I, 3, 4. et notas p. 37. Ex fanguine Acheloi cornu euulfo natas narrat Liban. Narrat 28. nefcio quo auctore. Porthaonis filiam *Eriboeam* (f.

Periboeam) Aiacis matrem, memorat Schol. Lyc. 452. At ea eſt Alcathoi filia inf. III, 12, 7.

CAP. 8.

ſ. 1. *Oeneus* a Baccho accipit vitem. Fabula ex nomine ficta, memorata quoque ab Hyg. f. 129. Ibidem *amor Bacchi in Althaeam*, e qua *Deianira* naſcitur. Alium locum ex Theophilo in Autolycum excitauit Gale: (lib. II. c. 7. p. 102. ed. Fabric.) Eſt is deſcriptus ex Satyro hiſtorico de demis Alexandrinorum: fuit in iis demus ſeu Φυλὴ (nam videtur Theophilus confundere) Ἀλθηῒς ἀπὸ τῆς γενομένης γυναικὸς Διονύσου, θυγατρὸς δὲ Θεστίου, Ἀλθαίας· Δηϊανειρηῒς, ἀπὸ τῆς θυγατρὸς Διονύσου καὶ Ἀλθαίας, γυναικὸς δὲ Ἡρακλέους. — Θεστὶς ἀπὸ Θεστίου τοῦ Ἀλθαίας πατρός. (ita conſtituenda haec eſſe videntur. Nam tribus Alexandrinorum ab Herculis ſtirpe nomina ſua mutuatae erant: cum hac autem coniuncta habebatur ſtirps Bacchi

per

per Deianiram, Althaeae filiam ex Baccho: vnde idem Satyrus p. 96. *Διονύσου καὶ Ἀλθαίας τῆς Θεστίου γεγενῆσθαι Δηϊάνειραν·* et ſic porro.) *πρῶτος ἔλαβε.* Med. Vat. Reg. 3. *πρῶτα.* *ὑπερπηδήσαντα τὴν τάφρον.* quodnam hoc tam atrox ſcelus? ne comparandum quidem cum Remi audacia! Non alibi memoratum hoc vidi; intelligendum forte de foſſa vineae aut de ſepto, quo vineae aduerſus praedonum vim et fraudem munita eſſe debebat. *τὴν τάφρον* reſcripſi, quod et Pal. ac Regg. offerunt; vulgo vitioſe *τὸν τ.* Mox *παρὰ τοῦτον* tacite receptum in ed. Salmur. et Par. pro vulgari *παρὰ τούτῳ,* quod alienum ſenſum habet. Ceterum de liberis his Oenei v. Ant. Lib. c. 2. ibi eſt *Φηρεὺς*, qui h. l. *Θυρεὺς*, quod ſaltem refingendum videtur *Θηρεύς.* *Gorge Andraemoni* nupta: qui in regno Aetolorum ſucceſſit: inf. ſ. 6. erat is pater Thoantis, qui ſaepe apud Hom. v. c. Il. *β*, 638. *Θόας, Ἀνδραίμονος υἱός.* Quinque *Oenei filias* enumerat Schol. Il. I, 580.

Gorge a nonnullis pro Tydei matre habita: v. mox ſ. 5. *Deianiram* res bellicas aliaque virorum ſtudia ſectatam eſſe, alibi dictum non memini; ſupereſt hoc ſervatum ex vetere poeta. πρὸς Ἀχελῶον inf. II, 7, 5. Paullo ante καὶ τὰ in Commel. erat vncis incluſum, non video qua de cauſſa.

ſ. 2. De *Meleagro.* Exſcripſit locum Zenob. V, 33. cf. Hyg. f. 171. et 4. De genere Meleagri agit Mezir. p. 279. et de vxore Cleopatra p. 281. παῖδα repoſui, vt iam Commel et Gal. factu neceſſe eſſe duxerant pro παῖδας. ὃν ἐξ Ἄρεος γ. φ. Sic Euripides in Meleagro tradiderat, vt ex Plutarch. Parallel. p. 212. A. diſco. In iis quae ſequuntur turbatum eſt; cum medela non vna modo fieri poſſit, intacta reliqui. Primo legam: παραγενομένας τὰς Μοίρας φασὶν εἰπεῖν. Sic fere Zenob. l. c. Μελεάγρου γεννηθέντος φασὶ τὰς Μοίρας παραγενομένας εἰπεῖν· τότε τελευτήσει Μελέαγρος, ὅταν ὁ καιόμενος ἐπὶ τῆς ἐσχάρας δαλὸς κατακαῇ. Durum tamen

men et insolens τότε τελευτήσει, vt verba Parcarum ipsa sic subiungantur; excidit forte ὅτι τότε, quod legitur apud Diod. l. c. extr. aut legendum: τότε τελευτήσειν (hoc Medic. habet) Μελέαγρον.

ἄτρωτος καὶ abest Zenobio: nescio an alibi de Meleagro occurrat. τόντε τὸν τρ. ed. Rom. De *Meleagro* et *venatione suis Calydoniae* iisque quae insequuta sunt, locus class. Il. I, 529 sqq. vbi cf. Schol. Ouid. Met. VIII, 270 sqq. add. Ant. Lib. c. 2. Hygin. f. 174. et ibi laudd. Diod. IV, 34. Callim. in Dian. 260. ἐξελάθετο. Zenob. ἐπελάθετο, quod sollenne. ἐκλανθάνεται τῆς Ἀρτέμιδος tamen etiam Ant. Lib. l. c. et inf. I, 9, 15. ἐξελάθετο τῇ Ἀρτέμιδι θῦσαι. Apud Homer. l. c. (Il. I, 533.) est ἢ λάθετ' ἢ οὐκ ἐνόησεν. ἀάσατο δὲ μέγα θυμῷ. *seu, cum propositum id animo habuisset, oblitus est exequi, seu omnino animum non aduertit*, vt cum ceteris diis Dianae supplicaretur; quicquid est, *stultitiam certe magnam admisit.* συνεκάλεσε dedi ex codd. et ex Zenob.

 pro

pro vulgato ἐκάλεσε. tum Pal. Med. et Reg. 3. κτείνοντι. Ed. pr. et Dorv. et Reg. 2. 3. τὴν θῆρα.

Ad nomina, quae ſequuntur, v. Hyg. f. 173. Ouid. Met. VIII, 267 ſqq. Habet etiam recenſum Eudocia p. 222. Plures ex iis ſunt inter Argonautas de quibus v. Catalogus Argonaut. a Burmanno confectus ad Valer. Fl. Δρύας Ἄρεος. Pal. cum ceteris Πύμας; Oxon. Γύμας. At eſt *Dryas* ap. Ouid. et Hyg. l. c. vbi cf. Munk. et v. Stav. ἄρεως Pal. et Vat. ſed Ἄρεος noſter alibi ſeruat. Λυγγεὺς Pal. c. al. Ἀφαρέος Dorv. cum aliis. *Theſeus*: qui vtique interfuit. οὐκ ἄνευγε Θησέως. v. Zenob. V, 33. Ἀγκαιος καὶ (hoc a Pal. Vat. Reg. abeſt) Κηφεὺς Λυκούργου: ambo adeo *Lycurgi* filii; at apud Apollon. I, 164. (vbi cf. Schol.) *Cepheus* Alei f. et *Ancaeus* Lycurgi filius et Alei nepos. Sic et Hyg. f. 14. p. 46. nec aliter noſter inf. I, 9, 16. p. 56. Aut igitur turbata eſt oratio, aut alios nunc auctores ſequutus ille eſt. Hoc probabilius: et iterum diuerſa ratione

tione inf. III, 9, 1. vtrumque Cephea et Lycurgum Alei filios edit; hoc quidem cum Pauſ. VIII, 4. De *Cepheo* cf. inf. II, 7, 3. p. 152. De *Iphicle* II, 4, 8. et 11. extr. et mox not. ad ſ. 3. Πειρίθοος Pal. vulgo Πειρίθους, quod neſcio quo caſu mutatum; etſi nil refert. *Peleus* ex Phthia, quo confugerat ex Aegina ad Eurytionem, inf. III, 13, 1. *Atalanta* Schoenei f. Atqui ea, quae venationi interfuit, Iaſi erat, quod ipſe Apollod. ſequitur inf. III, 9, 2. Saepe ſic in vtraque Atalanta peccatum; qua de re ſatis multae exſtant obſeruationes viror. doctor. v. ad Hyg. 173. ad Propert. Aelian. inpr. Spanh. ad Callim. Dian. 216. Gal. ad h. l. (p. 35. I, 8, 2.) Οἰκλέους Pal. cum aliis Ἰοκλέους, et ſic infra aliquoties erratur. οἱ Θεστίου παῖδες, hos vide I, 7, 10. *Cleopatra* Idae et Marpeſſae (I, 7, 9.) filia: clara ex Hom. Il. I, 552. 3. 4. Ἴδα repoſui libris omnibus aſſentientibus, cum Ἴδου et Ἰδοῦ, hoc quidem prave, editum eſſet; ſed

illa altera ſollennis forma ap. Pauſ. et alios. τεκνοποιήσασθαι repoſui paullo audacius pro τέκνον ποιήσασθαι. viderat id iam Faber alterum ſollenne eſt, (v. c. inf. II, 4. 10.) et lapſus librarii in eo ſatis procliuis. Ὑλεὺς μὲν. ita ex Aegii caſtigatione legitur in Commel. et hinc in aliis. Πύλος ed. pr. et Pal. cum aliis. Galeus coniicit Ἰόλαος vel Κηφεύς. Sed *Hyleus* eſt ap. Ouid. Met. VIII, 312. vbi in notis male confunditur cum Hylaeo Centauro. Ita vero eius nomen ſupra in recenſu excidiſſe videri poteſt. *Ancaeum* ab apro percuſſum narrat ex Pherecyde Schol. Apoll. I, 188. αὐτὸν τὸν κάπρον Dorv. Regg. *Eurytionem Peleus* inuitus occidit: inf. III, 13, 2. Quocirca de lectione Πηλεὺς dubitandum non erat: ea primum extat in ed. Commelin. ex Palat. vt ſuſpicor; At in ed. pr. erat Πυλεὺς, in Dorv. Πυλὸς, in Oxon. Γύλος. εἰς τὰ νῶτα ἐτόξευσε. Pierſ. ad Moer. p. 267. coni. εἰς τὰ ὦτα, quia ap. Ouid. Met. VIII, 380. *ſub aure.* Parum

pla-

placet acumen, vnde nihil prorſus lucri ad ſcriptorem redit. *καὶ λαβὼν τὸ δέρας ἔδωκεν Ἀταλάντῃ.* In Zenob. bene additum *χαριζόμενος ἔδωκε.* — *τὸ δέρας* Commelin. coni. *γέρας*, quod ſane erat, et hoc nomine vocatur apri caput et exuviae v. c. ap. Schol. Il. I, 544. Vt autem intelligas non tenue ac vile munus fuiſſe, tenendum, exuuiis his indutum victorem mox inceſſiſſe, conſpicuum adeo factum hoc virtutis praemio per omnem Graeciam; vt Hercules Leonis exuuiis inſignis erat. Mox *τὸ δέρος* ante *αὐτῇ ἀ.* ed. Par. ſed operarum vitio; etſi hoc occurrit v. c. in Ant. Lib. l. c. Verum nec minus *δέρας* frequentatur; et hoc habet quoque Zenob. *οἱ δὲ Θεστίου παῖδες:* nominati ſupra I, 7, 10. at apud Ouid Met. VIII, 440. I. ſunt Plexippus et Toxeus. *ἀδοξοῦντες*, pro *ἄδοξον ἡγούμενοι.* Schol. Ariſtoph. Ran. 1269. et Diodor. IV, 34. voce *ἀγανακτεῖν* de Theſtii liberis vtuntur. *τὸ δέρας αὐτῇ ἀφείλοντο.* ex ſollenni ratione gramma-

tica *αὐτὴν* esse debebat. Attamen Homerus quoque: *αὐτὰρ ὁ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμων ἦμαρ.* et cf. Thom. Mag. in *ἀφαιρῶ.* Zenob. habet: *τὸ δέρας ἐξ Ἀταλάντης ἀφείλοντο*: nisi *ἐξ* delendum est; Schol. Il. I, 544. *ἀφείλοντο τὸ γέρας τῆς κόρης.* — *γένος.* h. e. si Meleager recusaret, ad se, Meleagri auunculos, iure quasi hereditario deuolui exuuias illas; in quem sensum iniuriam Thestiadis factam interpretatur Diodor. l. c. p. 280. pr. Nisi *γένος* de sexu accipiendum: si Meleager accipere nollet exuuias, se tamen sexu potiores, et feminae praeferendos. Ita accepit Zenob. *λέγοντες κατὰ γένος αὐτῆς διαφέρειν*, se propter sexum virilem ea potiores esse; nec aliter Schol. Aristoph. l. c. Ran. 1269. Apud Ant. Lib. l. c. dimidiam tantum praemii partem sibi postulant Thestii filii: *φάμενοι μετεῖναι τὰ ἡμίσεια τῶν γερῶν ἑαυτοῖς.* At Ouid. l. c. 433. *Pone, age, nec titulos intercipe femina nostros, Thestiadae clamant.* Mox *εἰ-μὴ προαιρεῖτο* Vat. debebat saltem *προῃρεῖτο.* at *τοὺς γὰρ Θεστίου* vitio typogr. ed. Paris. §. 3.

ſ. 3. τὸ δὲ δέρας ἔδωκε. pro ἀπέδωκε. t pro ἧψε melius Zenob. ἀνῆψε. et ſic chol. Ariſtoph. l. c. τῷ δαλῷ συνε- ϑάρῃ ſunt verba Schol. Hom. l. c. 544. Οἱ δέ φασιν. huius alterius narratio- is fundus eſt Homerus Il. I, 525 ſq. cf. Ant. Lib. c. 2. ἀμφισβητούντων δὲ οῦ ϑηρός. Legebatur τῆς ϑήρας. Com- nelin. coniiciebat τὸ δέρας. Propius ad em iam Faber et Gale emend. τοῦ ϑη- ός. Dicimus ſane ἀμφισβητεῖν περί τι- ος et ἀμφισβητεῖν τινος. Sed totum hoc οῦ ϑηρὸς φασὶ ex margine veniſſe pro- abile ſit: quibus verbis liberata oratio ic procedit: ἀμφισβητούντων δὲ τῶν Θε- τίου παίδων, ὡς Ἰ. Incluſerat φασὶ Com- melin. vncis, forte quia Pal. aberat. — Ἰφίκλου. paullo ante inter heroes vena- tores erat Ἰφικλῆς. Volunt etiam di- verſos eſſe Ἴφικλον, Phylaci filium, (de quo inf. I, 9, 12. Alterum Iphiclum Theſtii f. paullo ante vidimus I, 7, 10.) et Ἰφικλῆ, Amphitruonis f. Herculis fratrem. Diſputatum eſt a viris doctis in

in vtramque partem: nunc ſatis conuenit, eſſe duplicem formam vnius eiusdemque nominis: Ἴφικλος et Ἰφικλῆς, vt Πάτροκλος et Πατροκλῆς et alia. Eſt etiam Ἰφικλεύς. cf. Ruhnken. V. C. ad H. in Cer. p. 28. Nec in controuerſiam vocata res fuiſſet, ſi ad Homerum attendiſſent, cui Ἴφικλος et βίη Ἰφικληείη promiſcue de Phylaci filio dicta ſunt. Apollodorus noſter aut ipſe variat pro diverſis quos ſequitur auctoribus, aut variant librarii, in locis diuerſis: I, 7, 10. II, 4, 8. II, 7, 3. et al. Communior tamen eſt ratio, vt Herculis frater *Iphicles* ſit: cui h. l. volebant Theſtiadae aſſerere τὰ ἀριστεῖα. ἐξελθόντος δέ. nimis breviter; ſcil. vrbe obſeſſa *Calydone*. Hanc oppugnabant *Curetes*, ex *Pleurone*, Pleuroni imperabat Theſtius: cuius filii in exercitu Curetum ante vrbem erant. At *Calydonem* inhabitabant *Aetoli*, quibus Meleager cum patre Oeneo (Il. I, 577.) praeerat. cf. Strabo X. p. 714. B. ἀρξάσασθαι κατ' αὐτοῦ. pro vulgari κατ-

ἀρᾶ-

ιρᾶσθαι αὐτοῦ. Etiam Ant. Lib. l. c. ὅτι αὐτοῦ (ita malim quam αὐτῷ) κατηράσατο ἡ μήτηρ. int. autem matrem filio mortem esse imprecatam: cf. Hom. l. c. 567. (p. 37. I, 8, 3.) ἀποθανεῖν. Meleager in pugna caesus; Apollinis telo secundum τὰς Ἠοίας et Minyadem ap. Pauſ. X, 31. p. 874. Sunt igitur haec duo carmina inter eos, de quibus ſupra erat: οἱ δὲ φασιν. ἑαυτὰς ἀνήρτησαν: recte ſic legitur inde a Commelino ex emend. Canteri Nou. Lect. III, 13. eadem adſcripta erat Reg. 3. Ed. pr. cum codd. ἀνήρπασαν. Pal. ἀνήπασαν. Sic et Reg. 3. ρ ſuper adſcripto. ἀπωρνεώθησαν, in aves *Meleagridas* fuere mutatae v. Ant. Lib. l. c. Hyg. f. 174. et ibi Intpp. Simile figmentum eſt de auibus Diomedeis, Memnoniis: cf. ad Virgil. Aen. XI, Exc. I. *Metamorphoſes* alioqui Apollodorus noſter vix attingit; nec ſunt illae, perpaucis forte exceptis, valde antiquae aetatis fabulae. γυναῖκες ſorores ſunt, excepta Gorge et Deianira, v. Hygin. l. c. et

et ibi Munk. cum Ant. Lib. l. c. extr. Ouid. l. c. VIII, 542. 3.

ſ. 4. De Oeneo et Periboea tam varia, quae hic leguntur, tradita fuere ab iis, qui Tydei res carminibus ornauere, inprimis in bello Thebano: inf. III, 6 ſqq. *Periboea* Hipponoi f. Περίβοια. male ſcriptum erat Περιβοίαν. Pal. Περιβίαν. Memorantur hoc nomine plures aliae: in his nobiliſſima, Telamonis vxor, Aiacis mater, Alcathoi f. v. inf. III, 12, 7. p. 255. *Hipponous* notus eſt Capanei pater, inf. III, 6, 3. quem ex Aſtynome Talai f. ſuſtulit: Periboeae pater an idem ſit, mihi non conſtat. πολεμηθείσης Ὠλένου, intellige Aetoliae vrbem: altera mox eſt Achaiae. ὁ γράψας τὴν Θηβαίδα v. index auctt. vt et mox de Piſandro. Ex Thebaide adeo eſt, quod Periboea *captiua* dicta ap. Hyg. f. 70. ὑπὸ Ἱπποστράτου. Hanc alteram Heſiodi ſententiam attingit Diodor. IV, 35. ſed a Marte violatam ait. Verſus duo ex Heſiodi loco illo ſeruauit Schol. Pind.

Ol.

)l. 10, 46. τὴν δ' Ἀμαρυγκείδης Ἱππό-
τρατος, ὄζος Ἄρηος, Φυκτέως ἀγλαὸς
ἱὸς, Ἐπειῶν ὄρχαμος ἀνδρῶν (sc. ἔγημε
el simile voc. vix tamen sana haec,
am eundem Phyctei f. et Amaryncі-
em appellatum tradere vix potuit. Forte
e certamine agebatur, et τὸν δ' — Φυ-
τέως ἀγλαὸν υἱὸν vicerat Hippostratus.
Amaryncei nomen fuit clarum inter
Epeos. Il. ψ, 630.) ἐντειλάμενον ἀπο-
τεῖναι, ita, pro manifesto vitio ἀπο-
τεῖλαι reposui ex Diodoro IV, 35. cum
abro et Wesselingio ad Diod. l. c.

§. 5. εἰσὶ δέ τινες. Prope ad haec ac-
edunt Prouerb. e cod. Vat. ap. Schott.
. 320. (locus is, quem laudat ad h. l.
Gale sub Zenobii nomine) τὴν γὰρ θυ-
ατέρα τοῦ Ἱππονόου Περίβοιαν Οἰνεὺς
ιάζεται. γνοὺς δὲ ταύτην ἔγκυον οὖσαν ὁ
πατὴρ, ὑφορβῷ παρέδωκε μετὰ τοῦ γενο-
μένου παιδὸς Τυδέως. Gorge, Oenei
. v. sup. c. 8, 1. Ant. Lib. Met. 2. αὐ-
τὸν reposui pro αὐτὴν, quod male lege-
batur. Ἀλκμαιονίδα. Forte et hoc
recte:

recte: sed Ἀλκμαιωνὶς magis sollenne, si bene memini. vid. Index auctt. Μέλανος, parrui v. I, 7, extr. Huius filios, adeoque Tydei patrueles, a Tydeo occisos, variis nominibus memorant: Ἀλκάθοον καὶ Λυκωπέα Diod. IV, 65. cum Schol. Il. ξ, 119. et Eustath. in nota Wessel. add. Schol. Aeschyli in Sept. adv. Theb. 578. vbi Ἀλκάθουν καὶ Λυκαυγέα leg. Λυκωπέα. Menalippum memorat in hac re Hygin. f. 69. vbi v. Munk. et Stav. Φηνεὺς potest fuisse Φινεὺς, etiam Φενεὺς; sed et illud se tueri potest, vt ductum sit a Φήνη, ossifraga. v. ad Ant. Lib. p. 46, Ὑπέρλαος suspectum nomen est: f. Πτερέλαος. Περίλαος. Mox Ἀντίοχον iam Faber emendabat. Στέρνοπα vix sanum; saltem Στέροψ. Σθένελον in codd. est Σθενέκλον. Ex Pal. notatum video: Σθενέλαον, νέκλον. Arbitror Σθενέλαον verum esse; nomen illud in Argiuorum fastis occurrit, et corrupte scribitur Σθένελος etiam alibi. v. ad Clem. Alex. p. 330. ed. Pott. et

ad

ad Euſeb. Chron. n. 160. Scal. et Valarſ. 'Ωλενίαν libri offerebant pro 'Ωλένιον. *Oleni* plures occurrunt: v. ad Met X, 69. *Olenias* vero an alibi lateat, dubito. *Tydei fuga* haec *Argos* ad Adraſtum inter res antiquas celebratiſſimas eſt v. inf. III, 6, 1. ὑπὸ Μελανίππου τρωθεὶς v. III, 6, 8. p. 212. Eſt is Aſtaci f. Thebanus. Pal. ὑπὲρ Μεναλίππου et ὑπὲρ etiam Ed. pr. cum al. aberrat.

ſ. 6. *Agrii* filii, patrueles Tydei, v. I, 7, 10. De iis, quae ſequuntur, tam varie traditis, quia a pluribus poetis tractata et ornata fuerant, v. Pauſ. II, 25. p. 167. Hyg. f. 175. Ant. Lib. f. 37. et ad e. l. not. p. 248 ſqq. Schol. Il. ξ, 119 et Ariſtoph. Acharn. 417. haurient hinc ii, quibus operae pretium eſt haec diligentius perſequi; ſufficit monere, *Oeneum* Euripidis ad hoc idem argumentum ſpectaſſe. De eo v. inter fragm. Eurip. nos non in rebus narratis, ſed in ſcriptore illuſtrando verſamur. Nomina filiorum Agrii ingratam moram faciunt.

Θερσίτης ex Schol. Il. β, 212. refcripfi, vt et paullo poft Θερσίτου, quod et facere iubebat Verheyk V. C. ad Ant. Lib. p. 249. Vulgo legitur: Θέρσιππος. Paullo poft tamen Pal. Θαρσίτου, Dorv. Vef. Regii Θερσίτου diferte. Πρόθος Vat. Lycopeus etiam ap. Hygin. l. c. memoratur. Μελάνιππος diuerfus a fuperius f. 5. memorato. ἀφελόμενοι τὴν Οἰνέως βασιλείαν. Apollodorus forte dederat: ἀφ. Οἰνέως τὴν βασιλείαν. ita fere vfus loquendi fert. ἔδωκαν. Dorvill. ἔδωσαν cum altero Regio: tertius ἔδοσαν, vt incertum fit, vtrum auctor dederit. παραγενόμενος μετ' ἄλλου. hoc laborare, facile fentias. μετ' ἄλλων nihili effet. Faber em. Ἀδράστου. Gale Εὐρυάλου ex Paufania (lib. X, p. 822.) in quo parum auctoritatis videas. Sthenelum Capanei f. comitem dat Hyg. f. 175. iure adeo poffis fufpicari μετὰ Σθενέλου. Ex Paufan. II, 25. pr. μετὰ στρατοῦ alius fubftituat. Sed verum eft μετ' Ἀλκμαίωνος: quod ex Ephoro diferte narratur apud Strab. X, 709. B, et VII, p. 501. C.

Eo-

Eodem alludit lib. IX. p. 647. B. C. Cum filiis Agrii ipſum Agrium ſuſtulerat Diomedes in Euripidis Oeneo. Sic et Ant. Lib. l. c. *Andraemon* Gorgen duxerat. ſup. I, 8, 1. At ipſi Oeneo regnum redditum ap. Strabon. l. l. Ant. Lib. c. 37. nec aliter tractauerat fabulam Euripides in Oeneo, vt intelligas ex Schol. Ariſtoph. Acharn. 417. Quid quod Oeneus adhuc ſub belli Troiani initium ſuperſtes fuit ſecundum Diomedis nepotis verba apud Hom. Il. ζ, 221. *καί μιν ἐγὼ κατέλειπον ἰὼν ἐν δώμασ' ἐμοῖσι.* vbi *μιν* ad Oeneum ſpectare ipſa res docet. Prorſus temporum rationibus repugnat, quod, Iliaco bello iam confecto, Oeneum cum Diomede Peloponneſum adiiſſe, traditum acceperat Pauſan. IV, 35. *τοῦ Οἰνέω* tres Regii. *περὶ τὴν Τηλέφου ἑστίαν.* locus aliunde non notus. Itaque Gale coni. *Τέλφουσσαν*, quae Arcadiae vrbs memoratur Stephano, diuerſa a Tilphuſſa Boeotiae, quam inf. III, 7, 3. memoratam videbimus. Fuit tamen Telephus,

ex Hercule et Auge Alei f. natus, Arcas; idem inter Heroes habitus; et fuit Τηλέφου ἄλσος in Monte Parthenio, eo loco in quo expositns fuerat v. Pausan. VIII. extr. potuit adeo et *ara Telephi* esse. Οἰνόη, vrbs ad viam quae ab Argis Mantineam ducebat, quam secundum Argiuos ab Oeneo appellatam tradit etiam Pauf. II, 25. Stephano est Οἴνη, vbi ex Oro Grammatico memorat alteram scripturam Οἰνώη, vnde Οἰνωάτις Ἄρτεμις. quae eadem ap. Hesych. et Eurip. Herc. fur. 379. memoratur. *Aegialea* adulteriis et insidiis in maritum a Troia reducem infamis. v. inpr. Schol. Lycoph. 610. Mox excidit vel δὲ, ὡς δὲ ἔνιοι Φ. vel ἢ, quod Emperius noster substituebat, ἢ ὡς ἔ. Φ. Aegialeam alii Adrasti filiam ediderant; ita pater et filius duas sorores magno temporum interuallo duxerant: nam Tydeus Deipylen matrimonio habebat. Probabilius itaque habitum, Aegialeam, quam Diomedes duxit, Adrasti neptem ex Aegialeo filio fuisse.

fuiſſe. cf. ad Ant. Lib. l. c. p. 246. 7. Eidem Diomedi deo facto coniux data Hermione: Ibycum laudat Schol. Pind. N. 10, 12. Τὴν Ἑρμιόνην γήμας ὁ Διομήδης ἀπηθανατίσθη σὺν τοῖς Διοσκούροις. Conf. ad Virg. Aen. XI. Exc. I. et ad Ant. Lib. p. 247. 8. De Diomede Thebas aduerſus profecto inter Epigonos v. inf. III, 7, 2.

Cap. 9.

ſ. 1. *Athamas. Ino. Phrixus. Helle.* magna fabularum Aeolicae ſtirpis pars: poetis inprimis tragicis celebrata. Ita fuere: Aeſchyli Athamas, Sophoclis Athamas α et β. eiusdem Ino. Euripidis Phrixus, eiusdem Ino. Alius Phrixus Achaei. Sophocleae fabulae argumentum in Schol. Ariſtoph. Nub. 258. reliquarum argumenta ſuſpicor apud Hygin. latere in fabb. quinque priorib. Ex Euripidis vtraque tragoedia fragmenta v. in Fragm. Eurip. A Pherecyde iam olim fabulae illae erant expoſitae, ſed multo

ſimplicius, vt ex Schol. Pindari P. 4, 288. colligo. Ornarunt eas Argonauticarum rerum auctores. — De *Athamante* v. Hygin. fab. 1. et ibi Intpp. add. Schol. Aeſchyl. Perſ. 70. Ex Apollodoro petiere ſua, partim eum exſcripſere, Zenob. IV, 38. Schol. Il. η, 86. hic quidem ornatius ex Philoſtephano, Callimachi aequali. Schol. Lycophr. 22. Schol. Apollon. in argum. quem exſcripſit Eudoc. p. 146. 235. 419. Βοιωτίας δυναστεύων, inuerſo ordine, Vat. et Regii. Orchomeni autem rex fuit. vid. v. c. Apollon. III, 265. 6. cf. van Stav. ad Hyg. l. c. eſt adeo dictum pro κατὰ Βοιωτίας, *in Boeotiae aliqua parte.* Φρίξος. vitioſe paſſim Phryxus ſcribitur. αὖθις γαμεῖ. Schol. Hom. l. c. voce propria ἐπιγαμεῖ. Scilicet, Nephele ſuperſtite, ſuperinducta pellex Ino. Ἰνῶ ſane ſic ratio caſum quartum ſcribere iubet; verum Grammaticorum lex Ἰνὼ ſcribere praecipit, vt Ἀργὼ, Θεμιστὼ I, 9, 2. Λητὼ, Πηρὼ I, 9, 12. Etym. M. in αἰδῶ. Sylb. ad

id Pauſ. VII, 19. p. 571. *Learcho* et *Melicertae* addit Zenob. l. c. filiam *Eury-cleam.* — ἐγίνοντο Pal. cum Reg. 3. mox in altero deeſt τῶν ἀνδρῶν. τὸν πυρὸν Φρύγειν. plenius Hygin. l. c. *ut fruges*, in ſementem quas darent, *torrerent.* Φυγεῖν et mox πεΦυρμένους Vat. Etiam παρέπεισε Zenob. cum Schol. Apoll. l. c. idem ἐπιβουλεύσασα, et τὰς τῶν ἐγχωρίων γυναῖκας; ſed male iidem οὐκ ἐνεδίδου. At συνέπεισε λεγειν melius Schol. Hom. l. c. παύσασθαι τὴν ἀκαρπίαν. Pal. ἀκάρπειαν. at παύσεσθαι fruſtra expectas vllibi ſcriptum; etiam Apoſtolius XIII, 46. vbi hanc eandem fabulam exponit, aut potius Schol. Ariſtoph. Nub. 258. quem ille exſcripſit, cum Eudocia p. 25. παύσασθαι habet; verum Zenob. et Schol. Apollon. l. c. ἀπαλλαγὴν τῆς ἀφορίας ἔσεσθαι.

(p. 94. I, 9, 1.) Nephele liberos ad aram adductos e conſpectu abduxit: Apud Zenob. l. c. diis id tribuitur. Apud Schol. Ariſtoph. qui Sophoclis Athaman-

tem ante oculos habet, l. c. Nephele dea facta eſt. ὡς δὲ ἐγένετο Pal. cum Reg. 3. et paullo ante vterque vitioſe χρυσόμηλον. Aries hic loquelae vſum habebat v. Apollon. I, 257. 8. quod ſeriorum forte commentum eſt: antiquiores, vt Heſiodus et Pherecydes, (v. Eratoſth c. 19) tantum aureum vellus celebraſſe videntur. De varietate hac collegit loca Meziriac. ad Ouid. Epp. To. II. p. 31 ſqq. — τὴν μεταξὺ γῆν: eſſet *terra quae interiacet inter duo loca:* quod alienum ab h. l.; ſcilicet tollendum μεταξὺ, quod ex ſeqq. irrepſit. De Helles caſu reliquas fabulas perſequitur Hemſterh. ad Lucian. p. 311. Χεῤῥοννήσου duplici ν ſcriptum in edd. et codd. excidit alterum ν, vt video, in ed. Par. εἰς τὸν βυθὸν, forte ex poeta ſeruatum pro εἰς τὴν θάλασσαν. — ὧν ante Αἰήτης exciderat Pal. et Reg. 3. forte et reliquis. Pal. quoque ἀλήτης et inf. ἀλήτῃ. *Aeetes* παῖς Ἡλίου καὶ Περσηΐδος. Homero Πέρσῃ eſt Od. κ, 159. vt et Apollon.

on. IV, 591. At Περσηῒς est etiam ap. Hesiod. Θ. 956. ita dicta proprie filia Persae, seu Persei, Περσέως, a Περσεύς. (apud Lycophr. v. 1175. Schol. Apollon. III, 200.) vti Hecate *Perseis*, Persae Titanis f. sup. 1, 2, 4. Magna sane in hac progenie Solis, inprimis in *Aeeta*, fabularum varietas; v. Schol. Apoll. III, 200. 242. 267. Intpp. Hygin. f. 156. cuius rei caussa petenda est ab Argonauticarum rerum scriptoribus, tum a tragicis, accedentibus etiam fabularum Corinthiarum auctoribus, inprimis Eumelo, in iis quae de Medea narrabantur: v. Pauf. II, 1, et 3. versus ex Eumelo servati ap. Schol. Pind. Ol. 13, 75. et Schol. Lycophr. 174. add. ad v. 1024. ἀδελφὸς δὲ Κίρκης. Legebatur ἀδελφῆς. atqui hoc Apollodori menti non minus quam rei mythicae aduersatur; non Perseidis soror est Circe cum Pasiphae, sed neptis; soror autem Aeetae. Et sic inf. III, 1, 2. Minos γήμας Πασιφάην, τὴν Ἡλίου καὶ Περσηΐδος. Pronum itaque

 que

que eſt emendare, quod iam poſt Scaligerum Ruhnk. V. C. Ep. Crit. p. 12. voluit, *ἀδελφός*. *Διὶ θύει Φυξίῳ.* addit Schol. Apollon. in Argum. *ὅτι ἐξέφυγε τὴν ἐπιβουλὴν τῆς μητρυιᾶς.* cf. Staver. ad Hyg. f. 3. p. 22. inprimis leg. Apollon. II, 1144. 1150. ſq. Parum diſerte Eratoſth. c. 19. *ᾧ* (Aeetae Phrixus) *καὶ ἐν Διὸς ἔδωκε τὴν χρυσῆν δορὰν, ὅπως μνημόσυνον ἔχῃ.* Diſtinguit noſter auctor duas res, quae paſſim confunduntur: ſacrum Ioui factum; vellus autem dedicatum in Martis *τεμένει.* cf. Diod. IV, 47. qui male in hac narratione argutatur. Ceterum *δέρος* etiam hic Regii exhibent. — *τῆς Αἰήτου τέσσαρες.* voces hae abſunt a codd. adeoque ſunt ab Aegio profectae. Nomina quae ſequuntur, valde corrupta leguntur in Schol. Lycophr. 22. et Schol. Apollon. arg. Etiam in h. l. *Φρόνης* vel *Φρονὴς* et *Κυτιασωρὸς* codd. exhibent, et editum erat *Κύτωρος.* Quod dedimus, expreſſum legitur ab Apollon. II, 1159. 60. Conf. de iis quae narrantur v. 1095 ſq. et

t ibi Schol. eundem ad 1125. et 390. Add. Hygin. f. 3. p. 24. et fab. 21.

ſ. 2. *Athamantis inſania* multis memorata. *διὰ μῆνιν* Ἥρας. Addit Schol. Lycophr. l. c. *ὅτι τὸν Διόνυσον ὡς κόρην ἀνέτρεφε λαβὼν παρ'* Ἑρμοῦ. et ſic ſane diſertius res narrata inf. III, 4, 3. irata erat Iuno propter ſeruatum puerum Bacchum ex Semele a marito compreſſa ſuſceptum. Learchum occidit: Variant tamen veteres in hac fabula: v. ad Hyg. 1. Κλέαρχον corrupte Pal. vt et ap. Schol. Lycophr. et al. Melicertes mox deus Palaemon factus, et in eius honorem Iſthmia inſtituta. v. Schol. Pind. arg. Iſthmior. Schol. Apollon. III, 1239. Schol. Lycophr. 107. vnde Eudoc. p. 238. *εἰς πέλαγος ἔρριψεν*. Zenob. l. c. addit: *εἰς τὴν πρὸς τῷ Μολουρίῳ θάλατταν*. eſt in Iſthmo Corinthiorum petra Moluris: Pauſ. extr. pars Scironidum: cf. Hemſterh. ad Lucian. p. 307. *ἐκπεσὼν δὲ τῆς Βοιωτίας*. cf. ad ſqq. Scholion Apollonii in Etym. M. in Ἀθαμάντιον *πεδίον*.

χρη-

χρησθέντος δὲ αὐτοῦ Pal. cum Regg. 3. male. *προβάτων μηρούς.* an ex libb. dederit Aegius non dicam; in Pal. et ceteris ſcriptis legitur *μοίρας.* Schol. Lyc. l. c. *κρέα τῶν προβάτων, ἅπερ κατήσθιον.* ſane ſi de diuiſa in partes praeda agitur, non male *μοῖραι* memorantur: vt *μοῖραι κρεῶν* apud Homer. dicuntur, itaque h. l. tueri id poſſis ex *διῃροῦντο.* nam *νεμομένους* non eſt *diſpertientes*, ſed *depaſcentes*, *deuorantes.* *Ἀθαμαντίαν.* Apud Schol. Lycophr. 22. l. c. eſt *Ἀθαμανία.* At haec Epiri, mox Aetoliae, regio fuit. *Athamantis ager* alius fuit in Boeotia, vbi terras ille tenuerat, quas poſtea Haliartus et Coronea occuparunt. v. Pauſ. IX, 34. p. 779. et c. 24. pr. alius in Theſſalia et quidem in Phthiotide; de hoc v. Stephan. in *Ἄλος* (vrbs quae ab Athamante condita narratur. v. Strab. IX, p. 661. B.) et Ind. Euſtathii, inprimis Scholion in Apollonium apud Etymol. M. in *Ἀθαμάντιον πεδίον*, quod ſpectauit ad Apollon. II, 516. *Ἀμπεδίον Φθίης*

Ἀθα-

Αθαμάντιον. Fuit quoque mons Athamas n iisdem locis ap. Plin. Eodem Orchomenus referenda, cui imperasse fertur Athamas. cf. van Stav. ad Hyg. f. I. pr. Sed multo nobilior altera Orchomenus Boeotiae, cui Minyae imperarunt: de qua v. Pauf. IX, 34 sq. In Apollodoro h. l. intelligendus est Thessaliae ager; nam e Boeotia exulabat Athamas, πολλὴν χώραν διελθών. γήμας τὴν Θεμιστώ, v. Hyg. f. I. et 4. *Hypseus* videtur esse rex ille Lapitharum, filia Cyrene clarus. v. Pind. P. 9, 23. et ibi Schol. cf. Diod. IV, 69. Nomina filiorum quae sequuntur, admodum corrupta passim leguntur; v. de iis Munk. ad Hyg. f. I. constitui posse videntur ex Schol. Apoll. II, 1147. (e quo Eudoc. p. 262.) ést ibi Ἐρύθριος. quod sequutus sum: vulgo corruptum erat Ἐρυθρόην. In Schol. Lycophr. l. c. est Ἔρυθρος. At Πτῶον ex Pausania adsciui, qui Asii ἔπη laudat, lib. IX, 23. p. 755. et Steph. in Ἀκραιφία. Aegius ediderat Πτόον. in codd. est

eſt Πτύον. Apud Schol. Apollon. l. c. Ποῖον. Sed Πτῶον verum eſſe, docuit iam Mitſcherl. noſter in Epiſt. crit. p. 1. Leucon eſt inter Athamantis filios cum Learcho, Melicerta et Phrixo, ap. Pauſ. IX, 34. p. 779. et ap. Steph. Byz. in Ἄργυννος.

ſ. 3. *Siſyphus* inprimis verſutia clarus: quam fabuloſe iam a Pherecyde traditam diſertius exponit Schol. Il. ζ, 153. reſpicit eandem Theognis v. 711. 712. add. Schol. Sophocl. 643. Aeſchyli tragoediae eo nomine fuere duae, vna Sophoclis, quarta Euripidis non mirum adeo, magnam narrationis de Siſypho eſſe varietatem. Confunditur plerumque alter Siſyphus, qui Anticleam Vlyſſis matrem oppreſſit. Ἐφύραν τὴν λεγομένην Κόρινθον. fuere enim Ephyrae vrbes plures, vt a multis ſatis monitum v. Schol. Pind. N. 7, 57. Steph. Byz. Euſtath. al. — *Merope* v. inf. III, 10, 1. Sed praeter Glaucum alios liberos Siſyphus ſuſcepit, Ornytionem, Therſandrum,

Al-

Almum, hunc inprimis clarum ex eo nata Chryſogone: e qua Mars Minyam ſuſcepit, qui Orchomenum condidit, et a quo Minyae dicti. v. Pauſ. II, 4. p. 120. Schol. Apollon. III, 1093. vnde Eudoc. p. 15. ἐξ Εὐρυμέδης. Ap. Hyg. f. 157. Eurymene eſt, Niſi f. De Bellerophonte v. inf. II, 3. 1. — τὴν πυρίπνουν X. videtur epitheton e poeta aliquo ſeruatum. — Siſyphus in inferis: de cauſſa poenae cf. inf. III, 12, 6. p. 352. Pauſ. II, 5. p. 122. Schol. Il. α, 180. Alii alias cauſſas commemorant. v. Hyg. f. 60. et ibi intpp. — ὑπερβάλλειν. ſc. ſupra montis verticem. ex Homero petiit Od. λ, 596. Ἤτοι ὁ μὲν, σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε, λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον· ἀλλ' ὅτε μέλλει — ἄκρον ὑπερβαλέειν. Nec aliter de Tantalo βαλεῖν dictum ap. Pind. Ol. 1, 93. in loco deprauato; forte ſic reſtituendo: κόρῳ δ' ἕλεν ἄταν ὑπεροπλω — τάταν· πατὴρ ὑπερκρέμα — σε καρτερὸν αὐτῷ λίθον· τὸν αἰεὶ μενοινῶν κεφαλᾶς βαλεῖν, εὐφροσύνας ἀλᾶται. hic βαλεῖν pro ὑπερβα-

βαλεῖν accipio. Eurip. Oreſt. 6. *κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον ἀέρι ποτᾶται.*

ſ. 4. *Δηίων* alii v. ſup. not. ad I, 7, 2. p. 99. Pro *Φωκίδος* probabile ſit ſcribendum eſſe *Φθιώτιδος*, quod iam Gale et Simſon. ad a. 2596. coniecerunt: cum Aeoli poſteritas ad Theſſaliam pertineat cf. ſup. I, 7, 3. p. 27. Ita Phylacen condidit Phylacus; eandem Deïon tenuiſſe dicitur. v. Euſtath. p. 1685, 15. Etiam Actoris f. Eurytion in Phthiotide regnavit inf. III, 13, 1. quae omnia ad Theſſaliam ſpectant. Simile mendum inſidere videtur Diodoro IV, 53. vbi v. Weſſel. — *καὶ αὐτοῦ γίνεται θυγάτηρ* Pal. cum al. idem mox *Ἀνετός*. — *Ἀστερόπεια* ſcripſi: pro *Ἀστεροπεία*. Pal. Vat. *Ἀστεροπία*. Praeter hanc alia clarior eſt Deionis filia *Dia* Ixioni nupta, cuius fraude ſocer interiit. v. Schol. Pind P. 2, 39. *Actor* eſt is, qui, ducta Aegina, Aeaci matre, Menoetium genuit, Patrocli patrem. *Cephalus* v. Anton. Lib. c. 41.

Met.

[M]et. Ouid. VII, 661 ſqq. Mezir. ad Heroid. Ouid. p. 351 ſqq. Eosdem fere noter auctores ſequitur inf. III, 15, 1. At iuerſum Cephalum Herſes et Mercurii f. memorat III, 14, 3. add. Hyg. f. 110. et 98. Πρόκνην Pal. Dorv. Regg. prave. f. p. 372.

ſ. 5. *Perieres* Meſſenen obtinuit. v. Pauſ. IV, 2. cf. Mezir. ad Ouid. Epp. . 22. Μεσήνην et h. l. Med. Vat. Dorv. id. ſup. not. p. 110. *Gorgophone* v. inf. I, 4. p. 102. cf. Pauſ. II, 21. p. 159. — ...υνόρτου Med. Vat. Dorv. et Ἀμύκλου al. quod et ipſum recte: ſed alterum aconicum. — δηλώσομεν. v. inf. III, o, 3 et 4.

ſ. 6. *Magnes* Meliboeam Theſſaliae ab xore dixiſſe fertur, et a ſe Magneſiam, Theſſaliae partem. Ex eo natus Alector, ex hoc Haemon, ex hoc Hyperochus, ex hoc Tenthredon, ex hoc *Prothous*, qui Magnetas ad Troiam duxit. Euſtath. p. 338. Alium Magnetis filium, *Pierum*, ſupra vidimus I, , 3. Eurynomum et Eionea e Philodice ſu-

K ſce-

ſceptos e Piſandro Schol. Eurip. Phoen. 1748. memorat. Diuerſus Magnes apud Ant. Lib. 23. habendus. De *Polydecte* et *Dictye* v. inf. II, 4, 2. de eorum ſtirpe et genere alia ex Pherecyde ſunt ap. Schol. Apollon. IV, 1091. — Μάγνης δὲ ὁ A. articulo interpoſito melius Reg. vn. — Ναΐδα Dorv. cf. ſup. Not. p. 107. Πολυδεύκτης Dorv. Πολυδεύκης Med. Vat. Regg. Πολυδεύκους Pal. perpetuae in hoc nomine aberrationes: iam notatae a van Swinden. in Miſc. Obſſ. To. III. p. 60. et intpp. Hygin. fab. 63. ᾤκισαν. erratum erat et h. l. vt plerumque alibi, ὤκησαν. Primi hi fratres fuiſſe narrantur, qui Seriphum inſulam incolis frequentarent.

ſ. 7. *Salmoneus* iam ex Odyſſ. λ, 235. notus, vbi Tyro Σαλμωνῆος ἀμύμονος filia; at Heſiodo fuerat Σαλμωνεὺς ἄδικος καὶ ὑπέρθυμος πέρι κῆρι, in verſibus ap. Schol. Pind. P. 4, 263. Fuere Sophoclis fabulae Salmoneus et Tyro. Cum ſuperbia eius et arrogantia ita declarata, eſ-

ſſet, vt diceretur Jovem aemulari: mox lii hoc ita narrarunt, vt eum tonitru et ulgur iaculari voluiſſe dicerent. cf. Exc. d Aen. VI, 585. Acceſſit, quod vrbs b ipſo condita ignibus caeleſtibus euerſa ſt. περὶ Θεσσαλίας Med. περιγε-όμενος δὲ Pal. cum Regg. ἐκεῖ πό-λιν ἔκτισεν. Med. Vat. ᾤκησεν. Vrbs Elidis fuit *Salmonia* vel Salmone v. Diod. IV, 68. Strabo VIII. p. 545. B. Stephan. h. v. et Euſtath. p. 1682. θυσίας ἀφε-λόμενος Vat. cum Regg. Salmoneus co-ria indurata cum lebetibus aereis ex cur-ru ſuſpenſa per humum verrens et tra-ctans tonitru aemulatus dicitur: βύρσας μὲν ἐξηρασμένας. ita pro vulgato ἐξηρη-μένας, haud dubie corrupto, ſcripſi aſ-ſentientibus Pal. Vat. Regg. ſicque émen-dauerat Gale. Idem cum Munk. ad Hyg. 250. etiam coniiciebat ἐξηρτημένας: pot-uiſſet alius ἐξημμένας. Etiam Eudocia p. 371. ξηράς τε καὶ σκληράς.

ſ. 8. De *Tyro* loc. claſſ. Od. λ, 234 ſq. Noſtrum ante oculos habuit Schol. Ly-

 cophr.

cophr. 175. Ἀλκιδίκης. Ἀλέου addit Diodor. IV, 68. Alei progenies inf. III, 9, 1. recenſetur, omiſſa tamen Alcidice. In Pal. Ἀλκίκης Med. Vat. Αλκίδης. — παρὰ Κρηθεῖ. Pal. cum al. et hic Κριθεῖ, vt ſup. I, 7, 3. De eo paullo poſt ſ. 11. Euſtath. p. 1685, 5. ex alio auctore memorat παρὰ Δηϊονεῖ τῷ θείῳ. — τῷ Σαλμωνέως ἀδελφῷ. abſunt verba a Dorv. Vat. Regg. et cum voce τρεφομένη a Med. Ex Pal. nil notatum video: poſſunt priora verba ab Aegio inſerta haberi ex Schol. Lycophr. l. c. *Enipeus* Theſſaliae, alter Elidis fluuius. De hoc alii ap. Strab. VIII. p. 546. B. haec narrant. At noſter de Theſſaliae fl. cogitare debuit, nam Cretheus in Theſſalia vixit, et Peliae Neleique natales ad Theſſaliam referuntur. ἔρωτα ἴσχεν Vat. ἐπὶ τὰ τούτου ῥεῖθρα. ex poeta hoc retinuit: καί ῥ' ἐπ' Ἐνιπῆος πωλέσκετο καλὰ ῥέεθρα Od. λ, l. c. φυτῶσα eſt vitium ed. pr. ſupra ſimilis fabula de Iphimedia I, 7, 4. p. 28. συνεχῶς φοιτῶσα ἐπὶ τὴν θάλασσαν.

ταν. cf. Luc. D. D. Mar. 13. et ibi Hemſt.
ἐπωδύρετο. ne ſuſpiceris cum Fabro ἐπω-
δύρετο. nam et alterum bene. v. c. Lu-
cian. Tim. 13. ἡ δέγε γεννήσασα Regii
non male. ἐκκειμένων. h. e. ἐκτιθε-
μένων vel ἐκτιθέντων. Sic reſcripſi,
quod res poſtulabat, et iam Faber ac Gal.
monuerant: pro corrupto ἐγκειμένων.
pueri ἐκτίθενται, ἐκκεῖνται. τῇ χηλῇ.
acite receptum in ed. Commel. et recte,
e ipſa ſic poſtulante; vngula enim con-
eri puer potuit, non mamma, τῇ θηλῇ,
ad Hyg. f. 25. et v. Stav. p. 15. In codd. lectio erat deprauata: *καὶ εἰδυῖα τοῖς ὠκεανοῦ φαρμάκοις.* emendauit, vt nunc eſt, locum Aegius; praeclare; niſi quod *εἰδυίας* codices tueri forte poterant Pal. Med. Regg. in quibus *εἰδυῖα* eſt, cum Schol. Lyc. 174. 1025. Nec aliter Apollon. III, 243. vbi v. Brunk. V. C. Sed *Ἰδυῖα* non minus bene, vt ap. Heſiod. l. c. *ἐγχειρεῖ* male Dorv. Reg. 3. *ἐὰν ὀμώσῃ αὐτὴν ἕξειν γυναῖκα, καὶ εἰς Ἑλλάδα σύμπλουν ἀγάγηται.* lenior ſane oratio fuiſſet *ἀγαγέσθαι.* Sed et alterum ferendum; nec aliter legit Zenob. l. c. IV, 92. p. 109 f. *ὀμώσαντος* non niſi Commel. ed. Mox ordinem verborum ex codd. reſtitui: vulgo erat: *ᾧ καταζευγνύναι τοὺς μέλλοντα ταύρους.* Vngere et ſe et arma debebat Iaſon: Apollon. III, 1041 ſq. 1245 ſq. cf. Pind. P. 4, 392 ſq. Sed quod medicamenti per vnum tantum diem efficax vis fuit, in Apollonio non legitur. *ἐκέλευσε χρίσαι.* imo *χρῖσαι.* Pal. *χρίσθαι.* Aegii libri *χρῆσαι.*

mox

mox ἀδικηθήσεσθαι eſt ab igni et ferro violari, laedi.

(p. 66. I, 9, 23.) οὖς, ἔλεγεν, ἐπειδὰν ἀθρόως θεάσηται, βάλλῃ εἰς μέσον λίθους ἄποθεν. Scabra oratio; ſed primo legendum ἀθρόους, quod et viderunt plures e noſtris familiaribus, h. e. εἰς ἓν συναχθέντας, idem monuit Verheyck ad Anton. Lib. p. 162. porro βάλλειν eſſet graecae rationi magis conſentaneum, quod et Emperius vidit. Pro his vitia ſunt in libb. ὡς ἔλεγεν Dorv. Med. ἐπειδὴ Pal. Dorv. βάλῃ ed. pr. λίθοις a pr. m. Vat. Mox ὑπὲρ τούτου. ſc. τοῦ βάλλεσθαι. εἰς τὸ τοῦ νεὼ ἄλσος leg. νεῶ. Erat Martis lucus ſup. I, 9, 1. p. 41. I, 9, 16. p. 55. pr. cf. not. p. 138. Apollon. IV, 112 ſqq. et III, 409. 914. 1269. et Schol. ad II, 406. ἐμάστευε τοὺς ταύρους. reliqua requirebant ἐμάστευσε. vocabulum ipſum ex Apollonio retinuit III, 1288. qui id omnino pro ζητεῖν frequentat. Occurrit idem inf. II, 5, 1. σπείροντος. malim σπείραντος. ἀνέτελλον. vbique ſcriptum

ptum et editum ἀνέτελον. τελλομένους in Apollon. III, 1383. nunc reſtitutum in eadem re. ὅπου πλείονας ἑώρα. quod ſupra, ἀθρόους. Ornate deſcripſit Apollon. III, 1353. βάλλων ἀφανεῖς λίθους. haud dubie leg. ἀφανῶς vel ἐξ ἀφανοῦς cum Fabro: firmat Apollon. l. c. 1368. Koelero noſtro in animum veniebat ἀφθόνους ex Luciani Reuiuis c. pr. Mox ſi βάλλων πρὸς αὐτοὺς iungitur, debet eſſe ἐπ'. εἰς. παρ' αὐτούς. Verum iungendum πρὸς αὐτοὺς cum ſeqq. πρὸς αὐτοὺς προσιών. καὶ καταζευγνυμένων τῶν ταύρων iterum manifeſtum vitium pro καταζευγνυμένων δὲ τῶν τ. aut quod melius, quodque Faber et Gal. etiam malunt, κατεζευγμένων. ἐβούλετο δέ. ad ſeqq. cf. Schol. Apollon. IV, 87. Poſt: φθάσασα-νυκτὸς, male interpungebatur et accipiebatur. κατακοιμίσασα. Sic emendaui, pro κατακοιμήσασα ex ſollenni vitio. cf. Apollon. IV, 156. et Schol. nunc Regios adſtipulari video. In ſeqq. iunctura verborum parum grata. οἱ δὲ

μετὰ

μετὰ τούτων νυκτὸς ἀ. etiam hic ordo melior in Vat. *Abſyrtus.* Ita plerique nomen edunt. v. Hygin. f. 23. at Aegialeus ap. Diod. IV, 45. vbi v. Weſſ.

ſ. 24. *Reditus Argonautarum.* De hoc magna narrationis diuerſitas, nata ex ſtudio poetarum eandem rem nouis modis ornandi. Locum dabat ignoratio geographiae. Vt poſt Geſnerum paucis argumentum obſcurum illuſtremus: Herodorus eadem via rediiſſe dixerat; nec aliter Sophocles ἐν Σκύθαις et Callimachus tradiderant. Hecataeus ex Phaſide in Oceanum, inde in Nilum, ex hoc in patriam nauigaſſe; ſcilicet orientem circumuectos; forte eadem ſequutus eſt Pindarus P. 4, 34 ſqq. 447. et cum eo Heſiodus et Antimachus in Lyde, niſi quod non per Nilum, ſed nauigio trans Libyam humeris portato per Tritonidem paludem mare mediterraneum intraſſe narrauerant. Alii nauigatione verſus ſeptentrionem facta, occidente Europae circumacto, mare mediterraneum ingreſſos rediiſſe. Tanain ſic

fa-

fabulantur ingreſſam nauem, aduerſo amne remis actam, donec alio flumine in oceanum deueniret; vt Timaeus ap. Diodor. IV, 56. Scymnus Chius ap. Schol. Apollon. et Orphica, niſi quod in his 1038 ſq. retro Phaſin emenſi heroes alterius fluuii Sarangae oſtia ingreſſi in paludem Maeotidem, et ex hac in Oceanum Cronium deferuntur. Tandem frequentata maxime narratio obtinuit, Argonautas Pontum Euxinum emenſos Iſtrum intraſſe; verum et hinc in diuerſas partes rapti ſunt; ſecundum alios amne aduerſo in extrema Celtices et hinc in Oceanum peruenerunt; aliorum fide altero Iſtri brachio in mare Adriaticum fuere delati; at alii reiectos inde in Eridanum narrauerant. Hoc poſt Timagetum ſequuntur Apollonius et Apollodorus. cf. Schol. alterius IIII, 259. 284. vbi altero loco male Hecataeus pro Herodoro laudatur. Sit hoc pro exemplo, quod ſequendo alius diuerſas Argonauticorum deſcriptiones et narrandi rationes, cum in iis poetis quos ha-

habemus, tum in poetis ac ſcriptoribus, quorum tantum fragmenta et veſtigia extant, eruat. Diodor. IV, 47 ſqq. narrationem pragmaticam praue inſtituens, Dionyſium Mileſium auctorem habuit. Contra noſter in plerisque Apollonium, in nonnullis Herodorum ſequitur. *τὸν ἀδελφὸν φονεύει.* Aeetam inſequentem Apollonius non habet: quem de caede Abſyrti vide IV, 338 ſq. 412. 460 ſq. At ſequitur noſter Pherecydem, vt ex Schol. Apoll. IV, 228 et ad 223 colligo. Aliter alii. v. ap. Schol. Eurip. Med. 169. *μελίσασα.* Schol. Lycophr. ad 175. *μεληδὸν τέμνουσα*, ſed eodem loco vocem hanc ipſam ex Pherecyde laudat Eadem inf. ſ. 27 f. at III, 12, 6. p. 253. *μελείσας* occurrit; vnde et h. l. *μελείσασα* reponere volebat Faber. Sed *μελίσασα* etiam Zenob. l. c. p. 110 Idem melius *κατὰ τοῦ βυθοῦ.* *μέλη θάψα*. miro errore *βάψας* Pal. Vat. Med. Dorv. Reg. 3. *εἰ Μήδειαν ἕξουσι* Pal. Reg. 2. 3. *πείσεσθαι τὰ ἐκείνης* cf. Apollon. IV, 230 ſq. *οἱ*

δὲ

δὲ διασχεθέντες. Codd. Pal. Vat. Vef. Dorv. Regg. σχεθέντες: nec aliter pars codd. Aegii, qui praetulit διασχεθέντες. nam διαχεθέντες vitiofe impreffum videtur. Faber et Gale coni. διασκεδασθέντες, vel διασχισθέντες, vel διαχυθέντες. Maneo in vulgato, a διασχέθω pro διέχω ducto. Hefych. διασχεθῇ, διασχισθῇ. vbi etiam διαχεθῇ aberratur.

Τοῖς Ἀργοναύταις παραπλέουσι etc. minus graece dictum arguebat Faber: at pro τῶν Ἀργοναυτῶν παραπλεόντων acceptum defendit Oudend. ad Thomam p. 45. Neutrum, puto, locum habet; fed δὲ altero loco expungendum, et priore legendum: Τοῖς δὲ Ἀργ. τὸν Ἠριδανὸν ἤδη παραπλέουσι. non ingreffis Padum, fed oftia praeteruectis. Etiam Schol Lycophr. 175. ita legit. Caede Abfyrti facta (Apoll. IV, 506.) Argonautae ad infulam Electridem in oftiis Eridani feruntur. μηνίσας Ζεὺς, v. Apollon. IV, 556 fq. τὰς Ἀψυρτίδας νήσους. in codd. Συρτίδας, nec aliter Schol. Lycophr. 175.

περιπλεόντων. Pal. et al. Sed Apſyrtidas *praeternauigarunt*: v. Apoll. IV, 562 ſq. melius forte dictum eſſet *παραπλευσάντων* vel *παραπεπλευκότων*, nam Ceraunios montes iam evaſerant v. 576. cum inde iterum reiecti ſunt in oſtia Eridani. Verba nauis vocalis ibid. 587. et in Orphic. 1153 ſq. *εἰ μὴ — καθαρθῶσιν.* non: *ἐὰν*? ſed excuſat oratio obliqua. *εἰ* cum ſubiunctiuo in Homero occurrit v. c. Il. *α*, 138. 340. Eridanum hinc amne adverſo evecti in Rhodanum perueniunt; e quo in mare Sardonium egreſſi praeternavigant Galliae et Liguriae oram, donec ad inſulam Circaeam perueniunt ad Latii ſeu Auſonum littus ſitam. Ex his illuſtranda ſunt, quae ſequuntur. *εἰς τὴν Αὐσονίαν* pro inſula prope littus Auſonum, ſeu Latinorum. *τὰ Λιγύων καὶ* K. ita confidenter repoſui pro *Λιβύων*: nec magna ſagacitate opus eſt, ſi itineris rationem teneas et Apollon. IIII, 646. 7. inſpicias. Apud Orphicum ſcriptorem Argonauticorum v. 1206. *Λυκαῖον ποτὶ*

χέρ-

χέρσον legitur, imo Λιγγαῖον vel Λιγαῖον cf. ad Virgil. T. III. p. 101. 102. Profectionem per Libyam, quam Apollon. IV, 1223-1624. perſequitur, et Pindarus leviter attingit, Apollódorus non memorat. Ligures in h. l. requiri, Scaligerum quoque vidiſſe ex notis Mſſ. intelligo. Simile vitium permutata Liguria et Libya videbimus II, 5, 10. διὰ τοῦ Σαρδονίου πελάγους. legebatur Σαρδωνίου. Sed eſt Σαρδόνιος v. c. Apollon. IV, 633. vel Σαρδῷος. De luſtratione per *Circen* v. Apollon. IIII, 659 ſq. Αἴην Pal. Dorv. Veſ. et in lituras αἴ-ην Reg. 3. αἰαιήνην Vat. Ex antiqua voce αἶα, h. γαῖα, fictum videtur nomen vrbis in Colchide; hinc Αἰαῖος pro Colchicus, et Circe Aeaea, et inprimis eius inſula Αἰαῖα. Hinc Aeetes, nomen regis; etſi ap. Strabon. I, p. 77 (45) nomen inter Colchos vſitatum id eſſe memoratur. ἔνθα Κίρκῃ ἱκέται γ. in Pal. Vat. Dorv. Regg. Κίρκης.

ſ. 25. *Sirenes* praeternauigant Argonautae v. Apollon. IV, 891 ſqq. obtudit earum vocem ſuo cantu Orpheus, continuitque adeo heroes, ne propius accederent. v. 904 ſq. cf. Orphica 1268 ſq. De *Bute* Apollon. ibid. 912 ſqq. ex eo Venus Erycem peperit, a quo mons Eryx in Sicilia appellatus. Hyg. f. 260. κατώκησε ed. pr. Λυβαίῳ vel Λυβαίῳ codd.

(p. 96. l. 9, 25) *Charybdis.* v. ibid. v. 912 ſq. ἐδέχετο Vat. de *Planctis* v. 924 ſq. In codd. eſt πέτραι κυάνεαι πλαγκταί. ſic et Aegius in ſuis legit; ſed recte is ſuſtulit primam vocem natam ex indocti grammatici interpretatione, qui confundebat alteras Planctas in Ponto Euxino, Cyaneas dictas, de quibus ſ. 22. vidimus cf. Apollon II, 318. Nunc Argonautae in mari infero verſantur, vbi Planctae fabuloſae ortum habuiſſe videntur ex inſulis Vulcaniis, in medio mari ſitis, in quibus Hiera et Strongyle fumum emittunt cum ignibus. v. Schol. ad Apollon. IV, 761. et 786. Sunt eae ex Vlyſſis errori-

roribus notae: Od. μ, 61 ſq. vnde patet iam ante in fabulis Cretenſium de Iove puero, cui ambroſiam columbae afferebant, Planctarum commemorationem fuiſſe. (Et ſane in verſibus Moerus Byzantinae apud Athen. XI, p. 491. columbae ἀμβροσίην φορέουσαι ἀπ' ὠκεανοῖο ῥοάων.) Etiam ibi v. 68. ſola Argo incolumis curſu inter vtramque facto eas traieciſſe dicitur. Vnde patet, Argonautarum fabulam iam ante Homerum celebratam fuiſſe. Parum autem ſubtiliter noſter Planctas memorat poſt Charybdin et Scyllam: nam ad iſtas deferri debuere, antequam ad Scyllam et Charybdin in freto Siculo ſitas accederent. Sed Homer. l. c. Od. μ, 56 ſqq. rem ita conſtituit: eſſe nauigationem in illo maris (Auſonii) tractu, in medio inter Planctas ab vna, (verſus meridiem) et Scyllam Charybdinque ab altera parte (boreali) faciendam. Regit nauem Vlyſſes propius ad hanc alteram, v. 201. 219. Contrarium ſequitur Apollonius, apud

 quem

quem Argo auſtralem curſum tenet et inter Planctas a Nereidibus deducitur. IV, 920 ſqq. σὺν Νηρηΐσι Pal. Dorv. Regg. vt poetae ſolent efferre: Apollon. IV, 930. v. not. ſup. p. 27. Θέτις aberat Dorv. Reg. 2. 3. περικληθεῖσα Pal. ſed piget ſimilia commemorare. Thetis nauem manu leuat: Apollon. IV, 930. a Iunone exorata: v. 783 ſq. 822 ſq.

Solis armenta in inſula Thrinacia. *Θρινακίαν νῆσον.* Ita pro Θρινακρίας, vitio ed. Par. reſcripſi cum edd. et codd. Schol. Lycophr. 175. multoque magis cum Apollon. IV, 965. vbi v. Schol. Et iam apud Homer. Od. μ, 127. eſt Θρινακίην δ' ἐς νῆσον. Scilicet fuit ante Homerum vetus mythus nec illepidus de anno lunari 350. dierum, quos vt armenta Solis paſci finxerat aliquis; ea nunquam deficere, ſemper iterum refici; iis appoſitae quae paſcerent Nymphae Solis filiae; ſedes autem aſſignata inſula in mari illo tempore adhuc parum noto verſus occidentem, eaque Thrinacia. Ornatus mytho quaeſitus

ex

ex armentis, quae multis in locis diis ἐγχωρίοις confecrata et intacta libere vagabantur, ἀνειμένα. Iam Homerus Vlysſis errores ita exponit, vt, poſtquam Scyllam et Charybdin effugerat, adeoque freto Siculo traiecto, ad hanc *inſulam Solis* ille perueniat; aut itaque inſulam paruam olim ſuper Catanam ſitam, ſed Aetnae incendiis et tremoribus ſubmerſam, aut littus Siciliae orientale, inter Catanam et Meſſanam, illo tempore parum frequentatum, vt, quam late pateret, obſcurum haberetur, intelligi voluit. Sane Trinacia et Thrinacia vetus Siciliae nomen incertae originis ſatis notum; mox et Trinacria factum. Seriores armenta Solis *ad Mylas* in occidentali littore collocarunt, propter ſummam agrorum fertilitatem. v. Cluver. Sicil. II, 5. p. 307. Dorvill. Sicula p. 28. At qui Thrinaciam in Ortygia quaeſiuere, vt Martorellus, *I Fenici primi Abitatori di Napoli* p. 127 ſqq. ingenii et opinionis lubidini, non rerum

rationi obtemperarunt. Apud Apollon. IV, 961 ſqq. Argonautae, qui Planctas ipſi incolumes traiecerant, praetervehuntur Thrinaciam, altero die ad Corcyram perveniunt v. 982 ſqq. Τῶν δὲ Κόλχων emendaui cum codd. Male editum erat Κολχικῶν. Ad ſeqq. cf. Schol. Apoll. IV, 1002. et ipſum poetam e. l. Schol. Lycophr. 175. οἱ μὲν τοῖς Κεραυνίοις ὄρεσι παρῴκησαν. ita reſcribere non dubitaui pro Κερκυραίοις et Κερκυρέοις, quod vulgo legebatur. De Corcyra mox agitur, ſed *Ceranniis montibus* adhaeſiſſe Colchos docet Apollon. IV, 520. οἱ δ' ἐν ὄρεσσιν ἐνναίουσιν, ἅπερ γε Κεραύνια κικλήσκονται. Nec aliter legit Schol. Lycophr. l. c. At enim de ſitu horum montium ſi quaeras, difficultas exoritur. Si de noto Epiri promontorio accipis, extra reliqui curſus fines illud nunc commemoratur; multo magis, ſi Apollon. l. c. inſpexeris, vbi ex continente in inſulam obiectam migraſſe narrantur coloni, continenti graui terrae motu interful-

fulmina et procellas vastato. Atqui ad Ceraunios montes Epiri nulla adiacet insula. Scilicet fuere in Illyrico Ceraunii, etiam Plinio et Ptolemaeo commemorati; Illyrico autem oppositae sunt insulae numero plures. Ex his lux Apollonio: οἱ δ' ἐν ὄρεσσιν ἐνναίουσιν, ἅπερ-τε Κεραύνια κικλήσκονται ἔκτοθεν, ἐξότε τούς γε Διὸς Κρονίδαο κεραυνοὶ νῆσον ἐς ἀντιπέραιαν ἀπέτραπον ὁρμηθῆναι. (h. ἀπέτραπον ὁρμηθῆναι ἐς νῆσον ἀπὸ τῶν ὄρεων.) Mox legebatur εἰς τὴν ἁλμυρίδα κομισθέντες emendaui Ἰλλυρίδα ex eod. Schol. Lycophr. l. c. et Apollon. IV, 513 sqq. et Schol. ad v. 1002. viderat iam Gale. Apud Apollonium alios retinent insulae Apsyrtides dictae, quae Illyrico oppositae sunt, alii considunt in continenti, inter Encheleas, apud quos Cadmum vixisse inf. III, 5, 4. videbimus, alii in Cerauniis montibus, vt paullo ante dictum.

(p. 70. I, 9, 25.) Medeam repetunt ab Alcinoo Colchi v. Apollon. IV, 1001 sq. Orphic. 1297 sq. Hygin. f. 23. Sequen-

quentia turbata erant in edd. Legebatur *οὐ δώσειν αὐτὴν ἐκείνῳ*, contrario ſenſu. Suſtuli *οὐ* ipſa re ſuadente, cf. Apollon. IV, 1105. 6. 7. et ſuccinebant codd. Pal. Dorv. Regg. Faber et Gale coniiciebant *οὐ δώσειν αὐτὴν ἐκείνοις*. Eſſe *δώσειν* pro *ἐκδώσειν* monet Canter. Nov. Lect. IV, 13. *εἰ δὲ ἔτι παρθένος ἐστί*. inſerui *ἔτι* ex Vat. Alludunt Pal. Dorv. *εἰ δέ τι*. Regg. *εἰ δ' ἔτι*. *τῷ πατρὶ ἀντιπέμψειν*. vereor vt ſanum ſit: deb. ſaltem *ἀνταποπέμψειν*. Sed verius *ἀποπέμψειν*, quod et Emperius videbat. Apollon. l. c. Colchos ſimili modo *ἀποκομίσαι* Medeam dicit. *οἱ μὲν Κόλχοι* iterum perperam legebatur *Κολχικοί*. reſpuunt hoc Pal. et Regg. Eos in Corcyra conſediſſe, etiam Apollon. auctor eſt l. c. 1209.

ſ. 26. De *Anaphe* vna ex Sporadibus, (prope Theram, et ipſam e mari natam,) et appulſu ad eam v. Apollon. IV, 1706. ſed ibi poſt diſceſſum e Creta narratur, etiam in Orphic. 1350. Vide porro Conon.

non. 49. Meminit Euſtath. p. 1893, 7. — ἐπὶ τὰς Μελαντίους δειράς. Legebatur: ἐπὶ τὴν Μενοιτίου δειρὰν, quam nemo nouit. τὰς δειρὰς Vat. Med. Regg. 1. 2. Dorv. Oxon. τὰς δόρας Pal. Reg. 3. Μελαντίους autem, quod nec Galeum fugit, Apollon. ſuppeditat IV, 1706 ſq. erant duo ſcopuli in mari haud longe a Thera; a Melante aliquo appellati, vt ibi Schol. add. Heſych. h. v. memorat quoque eas Strabo XIV. p. 943. D. Latent adhuc in vitioſa lectione Orphic. Argonaut. 1352. σκοπέλοισι μαλαινείοισιν leg. Μελαντείοισιν. κατήστραψεν. vulgo corrupte κατέστρεψεν. ſed illud Apollon. praebet 1710. vnde et Gal. praeripuit. Alias poterat κατέσκηψεν locum tueri. Conon. l. c. σέλαος ἐξ οὐρανοῦ διαΐσσοντος. obſeruandum autem h. l. ſagittam Apollinis pro fulmine eſſe. Ἀπόλλωνος Αἰγλήτου, *fulgeratoris*, inuitis ſcriptis et editis repoſui; in iſtis eſt αἰγχίου, quod Aegius emendarat αἰγλαίου· ſed in αἰγλήτης conſentit quisquis inſulae meminit:

nit: Apollon. l. c. 1716. quem Faber iam laudauit ad h. l. et ante eum Aegius. Conon. l. c. Strabo X, p. 741. A. B. et I. p. 78. vbi verſum Callimachi recitat, quem vide in fragm. 113.

(p. 71. I, 9, 26.) ἔσκωπτον μετὰ παιγνίας, quia ad ſacrum pro facultatibus nihil ſuppetebat praeterquam torres, quibus aquam infundebant: Apollon. v. 1719, Duodecim ſeruae inter munera hoſpitalia, τὰ ξενήια, ab Areta Medeae datae: ibid. 1221. 1722. In fine ταῖς inſerui ante γυναιξὶν, e Pal. Vat. Regg. Iungenda vero: σύνηθές ἐστι ταῖς γυναιξὶ, σκώπτειν.

ὑπὸ Τάλω. v. Apollon. v. 1637 - 88. Paucis attigit rem auctor Orphic. Argonaut. 1348. vbi χαλκεῖον τριγίγαντα appellat, quem ſpeculabantur Argonautae, donec adire potuere inſulam, nam ille οὐκ εἴα αὐτοὺς ἱκέσθαι οἱ ἔντοσθεν λιμένων. Sic accipiendus verſus. Sophoclis fuit fabula Τάλως ap. Schol. et al. Confunduntur paſſim, etiam a Meurſ. in Creta IV, 14.

Tali

Tali plures. Alius eſt Talos a Daedalo interfectus; de quo v. inf. III, 15, 8. etiam alius amaſius Rhadamanthi apud Athen. XIV. p. 603. C. ex Ibyco. add. Pauſ. VIII, 53, p. 707. Alius ibid. VII, 4. extr. Oenopionis f. Sed de antiquo illo *Talo* tam mira et abſona eſt fabula, vt facile ſe prodat eſſe ex antiquiſſimo aeuo. Videtur notabilis magnitudinis fuiſſe ex aere ſtatua, in littore ſeu promontorio poſita a Phoenicibus, de qua portenta narrrabat anilis ſuperſtitio. Plato in Minoe ethicam interpretationem fabulae appoſuit. T. II. p. 320. B. χαλκοῦ γένους. ne malis χαλκείου, puta χαλκοῦ eſſe ex χαλκοῦς. Luc. de Saltat. 49. τὸν χαλκοῦν τῆς Κρήτης περίπολον memorat. et Schol. Apoll. l. c. ὁ Τάλως ἦν τοῦ γένους ἐκείνου τοῦ χαλκοῦ. ipſe poeta dixit χαλκείης ῥίζης. add. Schol. Lycophr. 1217. Niſi forte arripere placet χαλκικοῦ, quod Zenob. offert, V, 85. p. 147. qui locum hunc exſcripſit. Senſus autem mythicae eſt orationis, Talon ſuper-

perſuiſſe ex aetate aerea, quam alii et ipſe Apollod. I, 7, 2. in genus hominum aereum mutarunt. hinc Apollon. l. c. *μετ' ἀνδράσιν ἡμιθέοισιν*, quod iungendum cum *λοιπὸν ἐόντα*. *ὑπὸ Ἡφαίστου*. Talos ſcilicet et ipſe *Ἡφαιστότευκτος* fuit v. ſup. not. p. 52. datus Minoi; ſecundum Schol. et Euſtath. ad Od. *υ*, 302. Europae, vt cuſtos eſſet Cretae. Narratur ibid. eos, qui Cretam aggrediebantur, ita vltus eſſe, vt in ignem inſiliret, et excandeſceret, cum totus ex aere eſſet, atque ſic candefactus amplecteretur eos: ductamque hinc eſſe vocem Sardonii riſus, *Σαρδανίου γέλωτος*, *ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι*. Ex Svida in *Σαρδάνιος γέλως* primum diſcimus a Simonide hanc narrationem eſſe profectam. tum reliqua videmus paullo aliter tradi: *Σιμωνίδης δὲ Τάλων τὸν ἡφαιστότευκτον Σαρδανίους οὐ βουλομένους περαιῶσαι πρὸς Μίνωα, εἰς πῦρ καθαλλόμενον, ὡς ἂν χαλκοῦν, προστερνιζόμενον ἀνελεῖν ἐπιχάσκοντας.* Ne prorſus abſona haec ſint a ſuperioribus, putes cor-

corrigenda esse οὐ βουλόμενον. vt Sardos hostili vi aggressuros Cretam Talos vetuerit accedere ad insulam. At vetat Zenob. V, 85. vbi discimus, Simonidem in eum modum narrasse, vt Talos, antequam Cretam adiit, in Sardinia viueret, vnde colonos secum ad Minoem adduxisse videri debet: Σιμωνίδης δὲ φησὶ, τὸν Τάλω (Ταλῶ ibi scriptum) πρὸ τῆς εἰς Κρήτην ἀφίξεως οἰκῆσαι τὴν Σαρδὼ καὶ πολλοὺς τῶν ἐν ταύτῃ διαφθεῖραι (scilicet eo, quo supra memoratum est modo) οὓς τελευτῶντας σεσηρέναι, καὶ ἐκ τούτου ὁ Σαρδόνιος γέλως. Quod h. l. legitur Μινωΐ, etiam inf. III, 15. 8. exaratum est, et sic pedestres fere scriptores. Quid Aegius dare voluerit, obscurum est: expressum est in eius edit. μίνω. in notis memorat μίνωι ex cod. Farnes. tanquam probe lectum. A Fabro emendatius excusum Μίνῳ. Ex codd. nihil notatum video. ὃς ἦν χαλκοῦς ἀνὴρ, verba aut alio loco posita, aut ex margine illata putabam; at in illis οἱ δὲ Ταῦρον αὐτὸν λέ-

λέγουσιν ſagaciter aſſequutus eſt Mitſcherlichius noſter latere οὖρος, vel Apollonio eo ducente v. 1643. Εὐρώπῃ Κρονίδης νήσου πόρεν ἔμμεναι οὖρον, *cuſtodem*; et ipſa Apollodori verba ſic expreſſit Zenob. l. c. δοθῆναι δὲ Μίνωι παρ' Ἡφαίστου εἰς φυλακὴν τῆς νήσου Κρήτης. Bene idem Mitſcherl. laudat Doſiadae aram cum Scholiis, et ad haec Valkenar. V. C. in Diatribe Eurip. p. 133. Si verba a me incluſa ſeruanda putes: ὃς erit pro οὗτος ſc. ὁ Τάλως. — ἧλος διήρειστο χαλκοῦς. vnde abſurda haec narratio ortum duxerit, non dicam: vna Tali erat vena per corpus deſcendens; quod cum totum aeneum eſſet, ſub malleolo tamen erat locus, vbi ad venam canaliculus (σύριγξ v. 1647. vbi Schol. περόνην appellat) viam dabat; hic ſecundum Apollonium λεπτῷ ὑμένι, tenui cuticula, erat obductus, at apud noſtrum clauus aereus impactus os vulneris obturat Quo clauo extracto paullo poſt videbimus Medeam ſanguine exhauſto mortem

em Talo intulisse. διήρειστο reposui, uod Zenob. l. c. suppeditabat, ex ἐρείδω, nox vidi etiam Scaligerum ita emendasse; lioqui maluissem διερήρειστο, forma quam ocant Attica bonis scriptoribus frequenata. Vulgo lectum διήριστο. Reg. alt. ιηρήσθαι. Mox ὁ Τάλος male libri. — εριτροχάζων. Zenob. l. c. substituit comnune voc. περιερχόμενος. τοῖς λίθοις βαλεν. Melius Pal. Vat. Dorv. Reg. 2. βαλλεν τοῖς vero eiiciendum. ὡς μὲν νιοι λέγουσι, διὰ Φαρμάκων. Sic Apolon. v. 1653 sq. 1665 sq.

(p. 72. I, 9, 26.) ἐκρυέντος τοῦ παντὸς ἰχῶρος ἀποθανεῖν. aut legendum cum abro ἀπέθανε, aut, quod magis placet, elenda vox propter seqq. a librario illata. Ne tamen quicquam mouere auderem, rat, quod auctor potuit minus accurate oqui. Nec aliter Zenob. l. c. ὡς δέ τινες, — αὕτως αυτὸν τεθνάναι. ὑπὸ Ποίαντος. is interfuit nauigantibus f. 16. Thaumaci f. v. Not. p. 180. mox λέγουσιν excidit ed. Paris.

Aeginam appellunt. Apollon. 1765 sq. Certamen erat ipsos inter Argonautas, accelerandi discessus caussa. διὰ τῆς Εὐβοίας καὶ τῆς Λοκρίδος, *inter*, vt sup. 525. διὰ τούτων, media inter Planctas via. Apollon. v. 1779. γαίην Κεκροπίην παρά τ' Αὐλίδα μετρήσαντες Εὐβοίης ἔντοσθεν, intra Euboeam, per Euripum; nam, *extra*, esset in alto. ἐν τέτρασι Par. ed. nescio quo casu. Apud Schol. Lycophr. 175. δυσὶ μησὶν, sed et ibi cod. τέτρασι. Ceterum dubitari potest, sitne hoc temporis spatio tota nauigatio, an reditus solum confectus. Hoc praeferas, si seqq. cogites, desperasse reditum Peliam; at verba, πάντα πλοῦν, vix id admittunt.

f. 27. *Aeson mori iussus.* Sic et ap. Diod. IV, 50. ὑποστροφὴν dabant codd. Pal. Vat. Ox. Regg. 3. (at 2. ἀποστροφὴν) pro ἐπιστροφὴν, quod alienum. — ἠθέλησεν Reg. alt. θυσίαν resinxi ex θυσίας. idem vitium sup. I, 9, 16. p. 54. sublatum. σπασάμενος, sane πάσασθαι de cibo sumto; sed σπᾶν, σπάσασθαι,

σθαι, trahere, de poculis; vt inf. p. 269. ἑλκύσαι. ταύρου αἷμα πιὼν, Schol. Lycophr. l. c. *Iasonis mater*, Polymede sup. 16. et not. p. 173. at ap. Diod. l. c. Amphinome. ἐπαρασαμένη Πελίᾳ, sic emendaui pro Πελίαν, vt iam Gal. et Wesseling. monuerant. Mox legebatur: παῖδα, ὡς πρὸς πόλεμον · πρόμαχον. sed Πρόμαχος pueri nomen, vt ex Schol. Lycophr. l. c. et Diodoro manifestum fit; verba autem ὡς πρὸς πόλεμον insititia sunt, quod iidem animaduerterunt, Gale ad h. l. et Wessel. ad Diod. p. 293. Diodorum omnino vide IV, 50. 1. 2. vbi narrata res ex Dionysio Milesio, vt mihi probabile sit. Conuenit fere Hygin. f. 24. Aliter ornata narratio ap. Ouid. Met. VII, 297 sqq. et alio modo ab iis, quos Pausan. ante oculos habuit VIII, 11. Ὁ δὲ Ἰάσων κ. Ex seqq. nonnulla sunt ap. Zenob. IV, 92. p. 110. Nauem Iason consecrauit Neptuno in Isthmo. Eadem Diod. IV, 53. Sane Neptuni Isthmii nota religio, et eius ara Pausaniae aeuo II, 9. fuit;

 sed

ſed conſecrata ei nauis tanquam maris deo. Magis vulgatum eſt alterum, Mineruam nauem Argo inter aſtra collocaſſe v. Eratoſth. 35. Hygin. f. 14. extr. ζητεῖν, *machinari*, ὅπως Πελίας αὐτῷ δίκας ὑποσχῇ. Scriptum erat ὑπόσχῃ. Putarunt Grammatici eſſe verbum ὑπόσχω, vnde ὑπόσχομαι apud Thomam M. damnatur; enimuero eſt a σχέω, σχῶ. adeoque ſcripſi ὑποσχῇ. apud Zenob. p. 110. eſt, ὅπως Πελίας αὐτῷ δίκας ὑφέξει. De *fraude Medeae in Peliam*, qua eum filiarum manu necat, v. Hygin. f. 24. Ouid. Met. VII, 297 ſqq. et rhetorica licentia exornata ap. Diod. IV, 51. 52. πείθει τὰς θυγατέρας αὐτοῦ. inſerta hic erant duo nomina Ἀστερόπειαν δηλαδὴ καὶ Ἀντινόην, quae extruſi, cum manifeſtum ſit ex Pauſania VIII, 11. fuiſſe in margine adſcripta; ait enim ille, Peliadum nomina ſe in poetarum ſcriptis non reperiſſe, Miconem autem pictorem duo illa nomina in tabula adſcripſiſſe. Atqui ſup. I, 9, 10. iam vidimus nomina: Piſidicen,

Pe-

Pelopeam, Hippothoen, Alceſtidem. Monita haec iam a Gal. et Weſſel. ad Diod. IV, 53. (qui ſcriptor alia Peliadum nomina attulit) et vncis incluſa verba a Commelin. abſunt a Pal. et ceteris codd. ἐπαγγελομένη antea editum. καὶ τοῦ πιστεῦσαι χάριν. int. *et vt illae crederent.* Faber emendat πιστῶσαι. μελίσασα v. ſup. I, 9, 24. pr. καθεψοῦσιν. Pal. Vat. Dorv. Regg. καθέψουσι. Sic et Zenob. p. 110. At καθεψῆσαι Diodor. l. c. ἀφεψήσασα et ἀφεψῆσαι Schol. Lycophr. l. c.

ſ. 28. *Acaſtus* patri funus facit, Medeam cum Iaſone fugat; etiam ſorores, quae Arcadiam adiiſſe narratae ſunt apud Pauſan. VII, 11. praeter Alceſtidem, quae ad Admetum fugit. cf. Palaeph. 41. etſi abſurda vt ſolet, narrantem. In hoc autem funere nobiles illi *ludi* facti, de quibus paſſim mentio fit: cf. inf. III, 9, 2. p. 227. cf. Hyg. f. 273. p. 380. v. Stav. Ἄκαστος. ita ex Aegii emendatione legitur; codd. omnes Ἄδραστος.

(p. 74. I, 9, 28.) *Iaſon et Medea Corinthum profecti.* cf. Diodor. IV, 54. In iis, quae hic euenere, magna mythorum eſt varietas inprimis e tragoediis, quibus Medeae fortuna argumentum dederat, inter quas Euripidis Medea facile fuit nobiliſſima. De Aeſchyli Medea ex Ariſtot. de Poet. 18. dubites vtique; ſed ad idem argumentum ſpectarunt Colchides Sophoclis, forte et eiusdem Scythae. Ceterum de narrationis varietate praeter Diod. IV, 34. vid. plura ap. Schol. Eurip. Med. 9. 20. 277. Pauſ. II, 3. p. 118. Schol. Pind. Ol. 13, 76. Hyg. f. 25. 26. 27. et ibi Intpp. Ad cognoſcendas poetarum veterum copias forte non infructuoſum foret harum litterarum ſtudioſis, ſi quis colligeret fabulae eiusmodi diverſas tractandi et perſequendi rationes. *Glaucen.* aliis Creuſam. v. ad Hygin. f. 25. et Weſſel. ad Diod. l. c. παραπεμψάμενος. vſitatius ἀποπέμψασθαι, ſed et παραπέμπεσθαι, *dimittere*, apud Diodor. Polyb. et al. Eodem refer Heſychii

chii gloſſam: παραπέμποντες, ἀπωθοῦντες. ἢ δὲ, οὕστε. ſequentia tragicum ſpiritum retinent; vtpote petita e tragicis. Similia quoque ſunt in Eurip. Med. — πέπλον μεμαγευμένον φαρμάκῳ. in ed. Par. peſſime editum μεμιγμένον, at in antec. edd. μεμαγμένον. ita ſe excudi iuſſiſſe ait Aegius, neſcio an ex codd. vt ſit a μάσσειν, μάττειν, *conſpiſſatum veneno*: quod vix bene ſic dicitur; male deſerta lectione, quam et ipſe in codd. repererat, et quae ex Pal. Vat. Veſ. Regg. Dorv. notata eſt, μεμαγευμένον, a μαγεύειν, pro μαγγανεύειν, φαρμάσσειν, *medicari*, *ſucco magicam vim habente imbuere.* φάρμακον contra male iidem codd. Pal. Med. Vat. Dorv. Regg. Sunt φαρμάκοις κεχρισμένα δῶρα, veſtis et corona, vt notum, vel ex Eurip. Medea. ἀμφιεσαμένη. Mirum in ἀμφιασαμένη codd. et edd. conuenire, excepto Reg. 3. πυρὶ λάβρῳ καταφλέγει poetica dictio. Diodoro πῦρ ἀκατάσβεστον. Faber em. καταφλέγεται, ſed φλέγειν, καταφλέγειν,

 neu-

neutro notatu etiam alibi, inprimis in poetis occurrit: et iam Il. Φ, 13. τὸ δὲ φλέγει ἀκάματον πῦρ. Μέρμερον καὶ Φέρητα: etiam ap. Pauſ. II, 3. p. 116. Med. μέρμενον ἢ φέρητα. etiam Reg. alt. ὑφέρητα et 3. ὀφέρητα a. pr. m. vt intelligas, indoctum librarium ne quidem compendium voc. καὶ intellexiſſe. Schol. Lycophr. 175. p. 246. μόρμορον ex h. l. habet. Aliae corruptelae ſunt ap. Hygin. f. 25. Diuerſa vero nomina ſunt ap. Diodor. l. c. λαβοῦσα παρὰ Ἡλίου ἅρμα πτηνῶν δρακόντων, ἐπὶ τούτου φεύγουσα ἦλθεν εἰς Ἀθήνας. celebrata res in tragoediis. Solem memineris eſſe auum Medeae. ἅρμα πτηνὸν Dorv. Sed iam ſup. I, 5, 2. Triptolemo Ceres dat δίφρον πτηνῶν δρακόντων. et I, 6, 2. p. 33. Iupiter invehitur ἐπὶ πτηνῶν ἵππων ἅρματι. et in hac re Schol Lycophr. l. c. ἐφ' ἅρματος δρακόντων πτερωτῶν. adde argum. Medeae. Eurip. ἐπὶ τούτου φεύγουσα. vt ſup. I, 9, 1. ἐφ' οὗ φερόμενοι, de ariete, cui Phrixus et Helle inſident.

Mox

Mox verba inter duplex φεύγουσα exciderant in ed. pr. Λέγεται δὲ sc. ab aliis quam qui pueros occisos tradiderant: forte excidit καὶ, vt esset: λέγεται δὲ καὶ, ὅτι — ἔτι νηπίους ὄντας Pal. Regg. Ἥρας τῆς Ἀκραίας, quae in ἄκρᾳ seu ἀκροπόλει Corinthi colebatur. Pauſ. II, 24. Ex hoc vocem restituit Aegius; nam in codd. legitur ἀκρίας corrupte, corruptius Apoſtol. I, 82. Ἀσκραίαν dixit, vt iam monitum a Weſſeling. ad Diod. l. c. melior lectio etiam apud Zenob. eſt I, 27. vbi alia loca laudd. in not. in quibus princeps Eurip. Med. 1378. κατετραυμάτισαν. Graue ἄγος commiſſum, quod ἱκέτας *abductos necarunt*, et quidem h. l. *vulneribus confectos*; at ap. Pauſ. II, 3. *lapidatos*. Aliter ornata haec et apud ipſum Pauſ. et apud Diod. IV, 55. videbis. cf. Schol. Eurip. Med. 9. et add. Aelian. V, 21. vtrumque commentitia auctore Parmeniſco narrantem.

Medea Athenas fugit. Etiam hoc ex tragoediis. Interpoſuerant alii acceſſum

 The-

Thebas ad Herculem Diod. IV, 55. Θησεῖ abest Reg. alt. Φυγὰς δὲ Ἀθηνῶν ἐκβάλλεται. Saltem δὲ tollendum: Φυγὰς Ἀ. vel ἐξ Ἀθηνῶν ἐκβ. vt Faber quoque et Gale corrigebant. Verum malim totum illud Φυγὰς δὲ cum Medea exulare. Nec Schol. Lycophr. v. 175. qui locum exscripsit, verba agnoscit; habet enim: ὕστερον δὲ τῷ Θησεῖ ἐπιβουλεύουσα ἐκβάλλεται τῆς Ἀττικῆς μετὰ τοῦ παιδός. Facinus hoc ex Cratete exponit Schol. Il. λ, 740. add. Eustath. ad Perieget 1017. Diod. l. c. Insidias Theseo factas etiam Pauſ. II, 3. p. 118. attingit; redux autem ille erat Troezene. v. inf. III, 16, 1. Plutarch. Theſ. p. 5. Μηδίαν ἐκάλεσε. Dorv. Regg. et al. Μήδειαν, vt ap. Schol. Lycophr. 175. p. 246. vbi haec exscripta. A *Medo* dictos Medos fabula a tragicis arrepta, quod nouis figmentis ea locum faciebat; sed eadem diuersis modis tractata: v. Eustath. ad Perieg. 1017. Aliter ipse Dionyſ. v. 1020 sq. (quem exscripsit Eudoc. p. 289.) Diod. IV, 55. 56. vbi

vbi cf. Weſſel. Etiam Perſas et Achaemenidas a Medeae prole duxerant alii. v. ap. Salmaſ. ad Solin. p. 833, a. τὴν ὑπ' αὐτὸν χώραν mauult Gale, neſcio quo conſilio.

Colchos redux Medea. Etiam hoc diverſis modis narratum cum in ſcena tum in epeſin. v. Hygin. f. 26. 27. Euſtath. l. c. Diodor. l. c. IV, 55. 56. Iuſtin. II, 6, 14. Ad Arios eam veniſſe, refert Pauſ. l. c. Eodem refero fabulam qua imponi ſibi paſſus eſt Herodot. I, 2. a Colchorum rege repetitam fuiſſe Medeam per legatos. τὴν βασιλείαν ἀποκατέστησεν. ita emendaueram pro vulgari κατέστησεν. videbam mox etiam Oxon. ita habere, et Scalig. ſic correxiſſe. ἀπεκατέστησεν Reg. alt. δίδωσι πάλιν ſubſtituit Schol. Lycophr. l. l.

NO-

NOTAE
AD
APOLLODORI
BIBLIOTHECAM.

AD LIB. II.

Cap. I.

Sequitur nunc nouus ac diuerſus a ſuperioribus fabularum ordo. *Fabulae Argiuae* inprimis Inachi, tum Perſei et tandem Herculis, res ac ſtirpem comprehendunt. De Inachi et Danai progenie agitur hoc capite. Magna autem fabularum varietas eſt in hac ſtirpe, primum propter ſummam antiquitatem: quicquid enim eſt Graecae antiquitatis, etiam vltimae originis, vltra Inachum non aſſurgit: (vnde ille Oceani et Tethyos f. edi-

ditur) tum, quod alia fuit fama a maoribus accepta inter Argiuos, alia inter Sicyonios, alia inter Arcades; tum iis promiscue pro consilio aut lubidine vsi unt poetae, historici, chronographi et grammatici. Antiquissimus auctor fuit *Hesiodus*, et secundo loco *Acusilaus*, qui antum non in prosam carmen Hesiodeum ranstulisse fertur ap. Clement. Strom. VI. p. 752. ed. Pott. (p. 267.) Inde *Hellanicus Mitylenaeus*, qui haud multis annis Herodotum antecessit, antiquissimas historias diuersis voluminibus persequutus, etiam librum de Argiuorum Originibus reliquerat, Φορωνίδα inscriptum. v. Athen. IX. extr. Dionys. Hal. I, 28. Multa ex iis ornarunt et interpolarunt poetae tragici. In Hygino mirum est fabulas Argiuas desiderari. Exciderunt eaedem Diodoro quem habemus. Etiam ab Homero aut non memorantur aut parum frequentantur: vt de Danae et Perseo vno tantum loco Il. ξ, 319. 320. Gorgonem saltem verbo attingit Il. θ,

249.

349. ε, 741. λ, 36. Od. λ, 633. vnde et Hefych. in Γοργώ· τὰ γὰρ περὶ τὴν Δανάην καὶ τὸν Περσέα καὶ τὰς Γοργόνας Ὅμηρος οὐκ εἶδε.

ſ. 1. *Inachi* genus breuiter edit Schol. Eurip. Or. 930. variat tamen et is in nonnullis. add. ad v. 1252. Fuit et Sophoclis Inachus. Deprauatiſſimus totus hic fabularum ordo factus eſt Graeculorum commentis, cum res Aegyptias ad ſe deriuarent et inter veterem Aegyptum Graeciamque commercia fingerent, quae nulla fide et auctoritate tradita erant, niſi quod antiqua fama obtinuerat: a Danao colonos, paucos vtique numero, Argos veniſſe. Affimulari inde Io, Inachi f. coepit Iſidi, hinc Epaphus Apidi, quod iam apud Herodotum occurrit, mox multa alia, quibus inprimis Tragici in rem ſuam vſi ſunt, tandem Grammatici, qui Aegyptiam antiquitatem interpretandam ſibi ſumſerant. λέγωμεν. Pal. Vat. Dorv. Reg. 3. λέγομεν. at illud verum: vt et III, 1, 1. τὸ Ἰνάχου. iidem τὸ Ἰνάχιον.

χιον. Infra III, I. I. τὸ Ἰνάχειον legitur et editur. Illud et h. l. in Oxon. et Pal. haberi ait Gale; ſed de Pal. verum id non eſt, etſi ceteroqui nec male ita legeretur. Ἰναχείη κόρη eſt ap. Aeſchyl. Prom. 592. 704. ἀφ' οὗ ποταμός. ex interpretatione hoc adiicitur. Apud antiquiores ipſe Inachus eſt fluuius, Oceani f. cuius filius Phoroneus primum nomen fuit ab Argiuis fama acceptum. — Μελίας τῆς Ὠκεανοῦ. Antea lectum Μελίσσης. perperam. Nam Nympharum Meliarum nobile in antiquitate eſt nomen; nec proprium nomen ſemper additur; vt monitum ſup. Not. p. 188. Μελίαν autem alii nominant Phoronei matrem, vt Schol. Eurip. l. c. Or. 930. Schol. Il. α, 30. Schol. Lycophr. 177. ex hoc ipſo loco. Monuere iam idem viri docti, Gale ad h. l. Muncker. ad Hyg. f. 143. Vallarſ. ad Euſeb. Chron. p. 127. Genitus autem a patris ſorore Phoroneus: quas nuptias antiquior fabula non reſpuit, vt nec in ipſo Ioue. In patre Inacho conſentit omnis

omnis antiquitas: cf. Pauſ. II, 15. At *Aegialeum* non omnes Phoroneo fratrem addunt; ſed habebant Sicyonii et ipſi ſuas fabulas, quae antiquiſſimum ſtirpis auctorem Aegialeum, αὐτόχθονα, ferebant. v. Pauſ. II, 5 p. 123. itaque commodiſſimum viſum, vt idem Phoroneo frater adderetur. At *Phoronei* nomen celeberrimum eſt cum in fabulis, tum in hiſtoriis et in chronographiis: nam ab eo vltima temporum computatio procedebat; cum in eadem fere tempora incideret Attica epocha, quam ad Ogygem reuocabant. Acuſilaus a Phoroneo ad Olympiadem primam annos 1020. computauerat. Ita ex Iulio Africano Euſeb. Praep. Ev. X, 10, p. 488. extr. Verum de his agitur in Chronographis. Eidem primus humanitatis cultus tanquam auctori tribuebatur ab Argiuis, v. Pauſ. II, 15. f. Tatian. adv. Gent. 60. et hinc Euſeb. Alia v. ap. Simſon. ad 2199. 2244. Nobilitauit quoque nomen carmen epicum antiquiſſimum, Φορωνὶς, ignoto au-

uctore v. c. ap. Schol. Apollon. I, 1129. Clement. Strom. I. p. 380. Pott. (p. 321.) n libris Αἰκαλεὺς, Αἰκαλέως, in Vat. Αἰγιάλια, occurrere, eo tantum monebo, t, quam corrupta nomina in libris ſint, vel his exemplis conſtet; ne temere videamur in aliis eorum auctoritatem elevare. ἡ χώρα ἅπασα Αἰγιάλεια ἐκλήθη: t ſemel de hoc moneam: Obtinet fere s inter antiquos ſcriptores mos, vt nomina locorum, interdum epitheta, in antiquis carminibus obuia, pro antiquioribus terrarum appellationibus habeant. Aliud, quod non minus temere facere videntur, eſt, quod nomina vetuſtiſſima eferre ſolent ad latiſſimos regionum ac errarum fines; id quod omni rerum raioni aduerſatur. Nam inhabitatae fuere errae primum ab vna et altera familia, deoque prima nomina impertita ſingulis abitationibus, aut vicis, aut agrorum ractibus, nec, niſi ſerius poſt multas reum hominumque viciſſitudines, ad latiores c remotiores terras ſunt tracta aut trans-

 lata.

lata. Ex his facile fieri poteſt diiudicatio eorum, quae hic et tot aliis in locis memorantur de tota Peloponneſo iam in ipſis hominum originibus communi nomine comprehenſa. δυναστεύων retraxi, vt res poſtulabat, vtque iam Scaliger facere iuſſerat; vulgo editum, ἐκ τῆς Λαοδίκης νύμφης δυναστεύων, turbato verborum ordine. δυναστεύειν vitium eſt ed. Par. non lectio. ἐκ τῆς Λαοδίκης νύμφης. Pal. ἐκ τῆς λοδικῆς Pal. Reg. 3. ἐκ τηλοδίκης Med. Oxon. nec aliter Schol. Lycophr. 177. qui h. l. exſcripſit. τηλεδίκης Veſ. *Apis.* Diuerſa de hoc tradiderat ſup. I, 7, 6. Apiam ab Apide dictam, plures narrant. v. Steph. Byz. in Ἀπία. Sed alius Apis fuit ex Sicyoniorum fama, quam v. ap. Pauſ. l. c. p. 123. alius ex Argiuorum. Confuſus tandem a Graeculis Aegyptius Apis. Etiam hunc Apin Herodotus (III, 27. 28.) Epaphum, alii modo Oſiridem, modo Serapidem ſunt interpretati; in hos, qui poſtremum hoc tradiderunt, incidit noſter. Clemens Alex. Strom. I. p. 383. (p. 139.) Ari-

Aristeam Argiuum auctorem laudat. Eadem Hieronym. Chron. Euseb. n. 271. Multo magis diuersum est, quod Aeschyl. Suppl. 270. sequitur, Apin ex Aetolia in Peloponnesum venisse. *Telchinem* Apidis patrem, *Thelxionem* filium, edebant Sicyonii ap. Pausf. l. c. Ceterum *Telchines* ab eo ductos tradidisse videtur Euseb. num. 229. et 276. vbi bello infeliciter aduersus Phoroneum gesto in Rhodum secessisse videntur. v. ad ea loca Scalig. Animaduersf. ὑπὸ Θελξίονος ἢ T. malit Gale. non video, quo fundo.

Νιόβης δὲ καὶ Διός· imo vero leg. Διὸς δὲ καὶ Νιόβης, ἣ. *Niobe* haec diuersa a Phrygia seu Thebana; de qua inf. III, 5, 6. Haec altera, Phoronei filia; at ap. Platonem et alios mater, Inachi vxor. v. Chron. Euseb. n. 210 et Scalig. p. 19. b. cum Vallarf. p. 131. Proxime ad Apollodori verba, Euseb. Praep. Ev. lib. II, p. 55. C. tanquam ex Diodoro hausta, Ζεὺς γὰρ πρώτῃ μὲν ἐμίγη γυναικὶ θνητῇ Νιόβῃ τῇ Φορωνέως, ἐσχάτῃ δὲ Ἀλκμήνῃ

τῇ τοῦ Ἡρακλέους μητρί. Eadem fere verba in Syncello et in Hieronymi Chron. Euſeb. n. 225. vbi v. Scalig. et Vallarſ. add. Hygin. f. 145. *ἐμίγη.* codd. Pal. Vat. Dorv. Reg. 3. *ἐσμίγη.* Pal. etiam *Σάρκπις παῖς Ἄργος ἐ.* *ἀφ' οὗ κληθῆναι* ſc. *φησὶ*, vel *συνέβη.* *Pelasgum.* hunc vero ſibi Arcades vindicabant; ſabuloſum forte nomen, vt eſſet Pelasgis auctor ſtirpis. Nec vero Pelasgos modo, verum totam Peloponneſum cum Graecia et Theſſalia Pelasgiam dictam, addit Schol. Lyc. 177. *πάλιν ἐροῦμεν* inf. III, 8, 1,

ſ. 2. Quod *Argus* Peloponneſum a ſe Argos appellarit, tradunt et alii. v. Schol. Eurip. Or. 1247. cf. not. ad Heſych. *Ἄργος. Πελοπόννησος.* Scilicet poetae ab vrbe Argis totam Peloponneſum appellaverant; hoc grammatici ad vetuſtatem traxere, quaſi antiquius illud nomen fuiſſet. At verba *παρὰ Φορωνέως* videntur aliunde inſerta; nam Apidi ſucceſſiſſe Argum paullo ante ipſe Apollodorus tradiderat. *γήμας Εὐάδνην τὴν Στρυμόνος*

νος (male exaratum Στρύμονος) καὶ Νεαίρας. Pro *Euadne* Πειθὼ Oceani f. ediderat Pherecydes (quem noſter adeo in hoc capite non ſequitur) ap. Schol. Eurip. Phoen. 1151. (1123.) At idem Schol. Phoronei vxorem eandem Πειθὼ prodidit ad Or. 1252 (1248.) alios forte auctores ſequutus. Argi filii *Iaſus*, *Piranthus*, *Epidaurus*, *Criaſus*, qui in regno Argiuo ſucceſſit: et quidem ſecundum auctores chronologos, quos Euſebius expreſſit, loco quinto: poſt Inachum, Phoronidem, Apidem et Argum. vbi v. Scalig. et Vallarſ. Aliter Tatian. c. 59. et alii. Apud Schol. Eurip. Or. 930. ſunt Criaſus, Ecbaſus, (deb. Iaſus) Piranthus, Epidaurus, Tiryns. Corrupte Hyg. f. 145. Crinus, Piranthus, Baſus. vbi v. Munk. At Pauſ. II, 16. Argi filios nominat Piraſum et Phorbantem. In noſtro Ἴασον legimus ex em. Aegii. Nam codd. habent ἔκασσον. Pal. ἄκασον et ſuperſcr. ἄκαστον. Vat. ἔκοσσον ἴσως ἔκβασον. Reg. 1. et am. ſec. 3. ἄκασσον. Iaſus autem is eſt a quo

τὸ Ἴασον Ἄργος ap. Homer. Πείρανθον. ita et Schol. Eurip. Or. 932. at aliis Πείρας. Sic Euſeb. Praep. Ev. III. 8. e Plutarcho; Chron. Euſeb. 377. et Tatian. c. 59. etſi ibi nomen aliunde illatum arbitror; in Syncello autem male legitur Σπείρας. Iam noſtro quoque in loco Πείραντα exhibent Pal. Vat. Med. Πείραντι Dorv. Πείραντος a pr. m. Reg. vt adeo ſuſpicer Πείρανθον Aegio verius quam libris deberi. Sub hoc ſeu *Pirantho* ſeu *Pirante*, (vtrumque enim nomen rationem habet, forte et idem *Piraſus*, et inf. ſ. 3. *Piren*,) Iunonis Argiuae templum et e piro ſignum dedicatum legitur. Eiusdem filia *Callithyia*, ſeu verius *Callithoe*, prima ſacerdotio Iunonis Argiuae functa. v. Chron. Euſeb. 377. et ibi Scal. Vallarſ. id quod inf. ſ. 3. de *Io* traditur, vbi v. not. ἐξ Ἰάσου δέ, ſic em. Aegius. In codd. eſt ἐκβάσου. vel ἐκ βάσου. in ſimilem lectionem inciderunt Hyg. f. 145. et Schol. Eurip. Or. 932. Apud Pauſ. II, 16. *Iaſus* et *Agenor* ſunt filii

Trio-

Triopae; et iterum aliter tradit Schol. Il. γ, 75. Iam pro Agenore apud alios Argi pater eſt *Areſtor*: nec quicquam notius Argo Areſtoris f. cf. Mezir. ad Ouid. Epp. To. II. p. 69. Intpp. ad Ouid. Met. I, 624. Suſpicatur Gale excidiſſe h. l. Ἀγήνωρ καὶ Ἀρέστωρ. Et paullo poſt ſ. 3. ipſe noſter ſcriptor Areſtoris f. edit Argum. Verum omnino in his originibus Argiuis rerum ſumma fuit diuerſitas. Ita diuerſum Areſtorem, qui Mycenen coniugio habuit, prodiderant ἠοῖαι μεγάλαι. ap. Pauſ. II, 18. p. 146. ἐν παντὶ τῷ σώματι. male τῷ excidit Pal. Vat. Dorv. Regg. Etiam Schol. Il. β, 103. κατὰ παντὸς τοῦ σώματος. De re cf. Schol. Eurip. Phoen. l. l. qui claſſicus eſt; ex eo patet variaſſe poetarum ingenia, modo tribuendo quatuor, modo totum corpus oculis conſerendo; nata omnia, vt credere licet, ex antiquo epitheto πανόπτης, quod diligentem cuſtodiam declarabat, proprie accepto. De *Argo* omnino plures olim mythos extitiſſe, ſequentia docent,

 quae

quae vix in aliis libris, qui superstites sunt, occurrunt. Ἀρκαδίαν ex emend. Aegii recte legitur; in libris καρδίαν. Σάτυρον. haec et mox s. 4 de Amymone, antiquissima est, nisi fallimur, *Satyri* memoratio, videturque ea hactenus Argiuis fabulis propria; sed qualis notio haec Satyri fuerit, non satis perspicue traditur; diuersa vtique a Satyris Bacchi comitibus ea esse debuit, nam hic Satyrus latronis aut potius monstri more Arcades infestat et occiditur; Monstra autem, etsi diuina stirpe nata, tamen morti data narrantur. Scilicet in antiquo sermone diuinae originis parentumque deorum notio non nisi ad robur insigne insolitasque corporis vires referri solet; nec quicquam amplius animo comprehendere licet. ὑποστὰς, voc. proprium de congressu pugnantis, cum adoritur alterum: sic inf. II, 4, 6. f. 8. f. Alias ὑποστῆναι τὸν κίνδυνον. v. c. Diod. IV, 2, 17. Conon. 16. Mox Galeo et Fabro monentibus inserui ὅτι post λέγεται δὲ, vsus tamen

tamen leniorem orationem poſtularet: λέγεται δὲ καὶ, ὅτι. *Echidna*, Tartari et Terrae filia; quibus parentibus natus ſup. I, 6, 3. Typhon. At apud Heſiod. Θ. 259. ex Geryone et Callirhoe naſcitur Echidna; (non ex Meduſa, vt Intpp. aberrant) et ex Typhone eadem edit Orthum, Cerberum, Hydram, Chimaeram (ſic et noſter II, 3, 1.) Sphingem: (v. III, 5, 8.)

ſ. 3. *Iaſus* II. hic eſt, confuſus paſſim cum ſuperiore. Male codd. Ἴσσος vel Ἴσσος. *Aſopus* Sicyonis fluuius h. l. intelligendus, non Boeotiae. οὔ φησὶν Pal. Dorv. Vat. *Ius* parentes varie traditi: Πειθὼ mater ex Pherecyde ap. Schol. Phoen. Eurip. 1123. aliter Schol. Or. 930. aliter alii. v. laudd. ad Hygin. f. 145. p. 254. v. Stav. Inter cetera tamen hoc maxime obtinuit, quod Inachi filia habita eſt; etſi probabile ſit plures hoc nomine feminas eſſe confuſas, cf. Scalig. ad Euſeb. p. 29. 34. ſicut etiam duo Argi fuere. Fabulae vero de *Io* in vaccam mutata

 origo

origo forte non prorſus obſcura. Fuiſſe ſuſpicor nomen hoc, caputque feminae cornutum, ſymbolum Lunae apud Argiuos antiquiſſimum; nec male hactenus Euſtath. ad Perieg. 92. Ἰὼ γὰρ ἡ σελήνη κατὰ τὴν τῶν Ἀργείων διάλεκτον. Videtur hoc ipſum offerre expeditiſſimam rationem Arcadum fabulae, quod ſe προσελήνους, ante lunam ortos, dicerent, h. e. antiquiores ipſis Argiuis. Hoc ſymbolum mox accommodatum oneratumque fabulis. De *Caſtore* cf. ind. auctt. τὰ χρονικὰ ἀγνοήματα vltimam vocem ſuſpicor ab Aegio adiectam; ab libris enim abeſt; fuit tamen ille verus titulus: v. Svid. h. v. niſi dicamus a noſtro omnino notionem *ſcriptoris chronographi* deſignatam fuiſſe, quem adeo chronici argumenti librum, χρονικὰ, ſcripſiſſe diceret. — Πειρῆνος. ſupra Πείρανθος et Πείρας erat; nunc etiam Πειρὴν ex Heſiodo et Acuſilao. Pirantis filiam primam Iunonis Argiuae ſacerdotio eſſe functam, etiam ex Clemente et Euſebio nouimus; ſed

ſed ibi, vt ſupra dictum, nomen eſt Callithyia et Callithoe; eadem ergo *Io* quoque dicta. Aeſchyl. Supplic. 299. κληδοῦχον Ἥρας φασὶ δωμάτων ποτὲ Ἰὼ γενέσθαι τῇδ' ἐν Ἀργείᾳ χθονί. v. Scalig. ad Euſeb. Chron. p. 24. qui egregie emendat in Heſych. Ἰὼ Καλλίθυια, (fruſtra obloquente ad h. l. Galeo) et Simſon. ad a. 2364. Filium ex hac ſacerdote memorari apud Schol. Arat. v. 161. videas Trochilum, qui aurigandi arte inventa in caelo Aurigae ſidus factus; at h. l. ea Iouis fraude corrupta Epaphum edidit. φωραθεὶς δέ. hoc δὲ inſerui, vt iam Faber et Gale monuerant. Sequentia exſcripſit Schol. Il. β, 103. adiecto quoque in fine nomine: παρὰ Ἀπολλοδώρῳ ἐν τῇ α. quod tamen a ſeriore manu additum videtur. αὐτὴν δὲ ἀπωμόσατο μὴ συνελθεῖν. Faber et Gale emendant αὐτῇ. vero propius eſſet αὐτὸς, quod Emperio quoque in mentem venit. διό φησιν Ἡσίοδος in Aegimio puta, quo expoſita erat per epiſodium fabula Ius. v. Schol.

Schol. Eurip. Phoen. 1123. et Valk. V. C. p. 735. Ceterum tota haec ῥῆσις ab alia manu adſcripta eſſe videri poteſt, quippe ab Apollodori breuitatis ſtudio aliena; vti quoque ſuſpicabatur Koelerus noſter. Videtur autem Heſiodus impunitatem periuriorum inter amantes ab hoc Iouis periurio repetiiſſe. Debetur adeo Heſiodo primo auctori vulgatum illud apud Platonem, Callimachum, Tibullum, (III, 6, 49. vbi v.) *periuria ridet amantum Iuppiter.* τὴν ἀπὸ τῶν θεῶν ὀργὴν pro τὴν θεῶν. Φύλακα αὐτῆς κατέστησεν. ap. Schol. Hom. l. c. ἐπέστησεν αὐτῇ φύλακα. vtrumque recte. cf. Valk. ad Phoen. p. 734. Ipſe Aeſchyl. Supplic. 309. τὸν πάνθ' ὁρῶντα φύλακ' ἐπέστησεν βοΐ. — Iam πανόπτην. Ἀσκληπιάδης μὲν Ἀρέστορος λέγει, Φερεκύδης δὲ Ἰνάχου. ita, omiſſo ὂν et υἱὸν Vat. Med. Regg. haud dubie magis ſuccincte. At Schol. Hom. l. c. interpolate: πανόπτην καλούμενον, ὅτι κατὰ παντὸς τοῦ σώματος εἶχεν ὀφθαλμούς. cf. Aeſchyl. Suppl. 310. 311. τὸν κύνα τὸν Ἄρ-

Αργον τὸν πανόπτην ex poeta appellat Schol. Sophocl. Elect. 5. et Schol. Aeſchyl. Prom. 569. Ceterum, vt nunc verba leguntur, Argum Aſclepiades Areſtoris filium, Pherecydes vero Inachi ediderat. Apud Scholiaſten tamen Eurip. Phoen. 1123. ipſius Pherecydis verba laudata contrariam ſententiam enuntiant; probabile itaque ſit transpoſita eſſe nomina, et leg. Φερεκύδης μὲν Ἀρέστορος λέγει, Ἀσκληπιάδης δὲ Ἰνάχου. Eandem ſuſpicionem iam Valkenario V. C. occurriſſe video in not. ad Eurip. l. c. p. 733. Κέρκωψ. ita Aegius emendauit ex Athen. XIII. p. 557. B. vulgo legitur Κέκροψ. et iterum ſub f. huius cap. γηγενῆ αὐτὸν λέγει. ex Pal. Vat. Regg. repoſui, interpolate editum erat ἐκ γῆς γεγενῆσθαι. in Dorv. γῆς exciderat. Argum γηγενῆ appellat etiam Aeſchyl. Prom. 570. et Suppl. 311. vti nec minus v. 258. ibid. Pelasgus γηγενὴς, communi antiquiſſimorum hominum vocabulo, quo ignotam vel obſcuram originem declararent. ἐν

τῷ

τῷ Μυκηναίων ἄλσει. ita ex Pal. ac cet. libb. pro vulg. Μυκηναίῳ. In hoc igitur ad Mycenas luco erat olea, ad quam Io in vaccam conuerſa ab Argo alligata fuiſſe narrabatur. Lucum Argi intelligit Galeus, quo incluſos Argiuos Cleomenes ingulaſſe legitur ap. Herod. VI, 78. 79. Pauſ. III, 4. at is ad Argos fuit. Aliena quoque eſt λύγος, ſeu vitex, quam idem memorat ex Pauſ. III, 16. f. λίθῳ βαλών. ſic Schol. Aeſch. Prom. 563. qui fabulam exponit. De Hierace aliunde non conſtat, adeoque nec diiudicare licet, ſitne accipitris nomen hoc an viri: hoc tamen veriſimilius. Ἀργειφόντης. mira etymologia, ſi ab Ἄργος ductum eſt. οἶστρον ἐμβάλλει, modo apud poetas proprie, *aſilum*, (notum illud Georg. III, 152. *Hoc quondam monſtro*) modo *furorem*, phaſmate Argi interfecti obiecto: quod docet Aeſchyl. Prom. 569 ſq. vbi cf. Schol. et doctiſſ. Intp. Schutzium. Add. not. ad Hygin. f. 145. p. 254. vbi *formido* dicitur τὸ φάσμα, Ouidio Met. I, 125.

725. *Erinnys.* *Errores Ius* hunc in modum constituit Apollodorus, vt illa furore acta Mycenis relictis ad Ionium sinum, cui ipsa de se nomen fecerit, peruenerit: non addit noster satis diserte, marine an terra? vt εἰς sit pro ἐπί. (in mare tamen insiluisse eam aiunt alii, vt Hygin f. 145.) certe Illyricum illa adiit, et continente traiecto, Haemoque superato, per Thraciam ad Bosporum Thracicum peruenit, hinc Scythiam et Cimmerios adiit, inde vero terra marique oriente circumacto in Aegyptum peruenit. Iter inde a Caucaso factum accuratius persequitur Aeschylus, de quo v: Schuz. V. C. Exc. IV. ad Prometh. De Bosporo Cimmerio tacet Apollodorus. *Ionium mare*, et *Ionium sinum*, qui mox sollenniore nomine Adriaticus, ab Io dictum, traditum passim, inpr. ab Aeschyl. Prom. 846. fide parum certa; nec tamen in aliis etymologiis quicquam est magis tutum: v. Schol. Apollon. IV, 308. Schol. Lycophr. 630. alios laudd. ad Hygin. f.

145.

145. 5.) Antiquissimorum nominum periit, puto, haud dubie omnis ratio et caussa. εἰς τὸν ἀπ' ἑ. κληθέντα Ἰόνιον κ. ordine mutato Medic. Ἐπελθοῦσα δὲ εἰς Σκυθίαν. aut ἐπεξελθοῦσα erit legendum, aut ἐλθοῦσα δὲ εἰς. Mox πολλὴν χέρσον πλανηθεῖσα, nisi excidit vox, subintelligendum ἀνὰ, ἐπὶ, διά. inf. II, 2, 2. ἐπλανῶντο ἀνὰ τὴν Ἀργείαν ἅπασαν. et hic paullo post: πλανωμένη δὲ κατὰ Συρίαν πᾶσαν. *In Aegyptum* peruenit Io: sc. Isidi assimulata. εἰς Ἀερίαν ἐκομίσθη ex Charace Pergameno · ἐν Ἑλληνικοῖς laudat anonym. de Incredib. 15. quod antiquum Aegypti fuit nomen: v. Steph. Byz. in Ἀερία et in Αἴγυπτος. cf. Scalig. ad Euseb. p. 34. *b.* Idem nomen innui putandum ab Apollon. IV, 267. Ἠμος ἔτ' ἠερίη — Αἴγυπτος. τὴν ἀρχαίαν μορφὴν ἀπολαβοῦσα. et hoc recte: alias propria vox erat ἀναλαβοῦσα. Ἔπαφον παῖδα. ὅτι ὁ Ζεὺς ἐπαφησάμενος τῆς Ἰοῦς, πάλιν εἰς γυναῖκα αὐτὴν μετεμόρφωσεν, vt Schol. Eurip. Phoen. 633. vid.

Ae-

Aeſchyl. Prom. 848 ſq. In ſeqq. Graeculus aliquis fabulas Aegyptiacas de Iſide Oſiridis corpus inueſtigante adumbraſſe videtur. Βύβλινα ὄρη in Aethiopiae finibus conſtituerat Aeſchylus l. l. 810. quod nomen ad vrbem magis notam Phoenices, Byblum, traduxere ſeriores: Iſidem Oſirin lugentem adiiſſe Byblum, ibique diademate byblino depoſito nomen vrbi impertiiſſe, fabulatus eſt neſcio quis ap. Etymol. M. h. v. cf. Stephan. Byz. h. v. re ab Adonide ad Oſiridem traducta; cum ad ipſam Aegyptum et vrbem Coptum narrationem reuocaſſent alii, ex quibus eam refert Plutarch. de Is. et Os. To. II. p. 356. D. Βυβλίων Aegius recte emendatum dedit; in libb. eius, vt et in Pal. Dorv. erat βιβλίων. ὡς inſerui ante τοῦ B. ne ſenſu careret oratio; idem iam viderant Faber et Gale. malim praeterea ὡς ἡ τοῦ B. ita mox γυνὴ, quod ab Pal. Vat. Dorv. Reg. 3. exulat, abeſſe poſſet. ἐγαμήθητε Pal. Vat. Dorv. Reg. 3. perperam. Telego-

 num

num Eurip. Schol. Or. 932. etiam memorat; ſed Epaphi filium; at Epaphum ex Io et Telegono natum Syncell. p. 126. a viris doctis emendatus, et Euſeb. Hieronymianus n. 482. Eundem Telegonum Ori f. inter Aegypti reges refert n. 511. Δήμητρος, ἣν ἐκάλεσαν Ἶσιν. Iterum haec ex Graecorum interpretamentis Aegyptiacarum religionum: eadem iam Herodot. II, 59. vnde eadem habet Steph. Byz. in Βούσιρις. cf. Scalig. ad Chron. Euſeb. n. 605.

ſ. 4. De *Epapho* loca dabit Interpres Hygini f. 145. 7. καὶ ἀπὸ ταύτης κτίζει Μέμφιν πόλιν. pro ἀπὸ ταύτης κληθεῖσαν. Sed f. hoc ipſum excidit; niſi ἀπὸ ταύτης ab aliena manu eſt. Epaphus autem multas vrbes condidit, vt ait Pindar. N. 10, 8. Memphin inprimis Graeci celebrant. v. Chron. Euſeb. n. 525. Ex Epapho *Libyen* progenitam, tradunt et alii: v. Schol. Lycophr. 894. Tzetza Chil. VII, 36. v. 350 ſq. Infra II. 5, 11. p. 138. alia eſt Epaphi filia, quae Buſiridem

dem ex Neptuno peperit. E Libye *Agenor* natus. v. not. ad Hyg. f. 157. vbi nomen matris excidiſſe videtur, vt et in Belo. Noſtrum ſequitur Schol. Eurip. Phoen. 5. exſcripſit autem Schol. Aeſchyl. Prom. 852.

Ἀγήνωρ μὲν οὖν. ed. Par. αὖ, operarum vitio. Quo fato, qua arte hoc conſequutus ſit, vt rex conſtitueretur Phoeniciae aduena, non memoratur. κἀκεῖ τῆς μεγάλης ῥίζης ἐγένετο γενεάρχης. eiiciendum τῆς. ῥίζα γένους etiam alii, vt Diod. IV, 9. γενέαρχης etiam ap. Heraclid. Allegor. Hom. c. 22. p. 76. (p. 439. Gal.) occurrere memini; et tuentur id h. l. codd. γενάρχης in vno Mediol. erat. ὅθεν ὑπερθησόμεθα περὶ τούτου ſc. λέγειν, cum Fabro Gal. vel διεξελθεῖν. niſi hoc aut ſimile voc. excidit. Redit autem ad Agenorem inf. III, 1. pr.

(p. 82. II, 1, 4.) De *Belo*, *Aegypto* et *Danao*, incredibilis fabularum varietas, iisdem, quas ſupra attigimus, cauſſis nata. cf. Schol. Eurip. Hec. 886. Hyg. f. 168.

vbi v. not. Locum, qui sequitur, exscripsit Schol. Il. α, 42. laudato in fine Apollodoro ἐν δευτέρῳ. e quo interpolatus auctor noster ne sit, vereor. Habuit eadem additamenta Eustath. vt ex p. 37. f. intelligitur; hausta scilicet ex iisdem antiquioribus Scholiis. καὶ γίνονται παῖδες αὐτῷ melior ordo verborum in Schol. laud. Nomen Ἀγχινόην suspicor fuisse Ἀγχιρόην. Apud Tz. Chil. VII, 136. v. 354. est Ἀχιρόη. Et Achiroen Nili filiam, quae ex Marte Sithonem peperit, memorat Schol. Lyc. 583. 1161. vbi codd. Ἐχιρόη. Idem Tzetza eod. l., ex Hippostrato nescio quo, Aegypto vnam vxorem Euryrrhoen Nili f. Danao Europam Nili f. assignat. ὡς δὲ Εὐριπίδης, in Andromeda, vt probabile fit. Contradicit Hygin. Poet. Astron. II, 9. qui Cepheum Phoenicis filium ab Euripide et ceteris traditum fuisse ait; sed perperam, vt iam docuere viri docti ad e. l. et Salmas. ad Solin. p. 402. et 867. a. Cepheus tamen Beli f. est etiam ap. Herodot.

rodot. VII, 61. Vulgo Cepheus et Phineus Agenoris filii produntur: cf. ſup. I. 21. pr. De Cepheo mox II, 4, 3. p. 98. plura. Ceterum in his commentis veſtigia apparent antiquiſſimorum conatuum, origines populorum inueſtigandi; communi tamen errore homines eo deferri videas, vt partim ad vnum progenitorem, cuius dudum omnis perierat memoria ac nomen, omnia referant, putentque, nomine invento, vt nunc Inachi, etiam hominem, ſtirpis auctorem, eſſe a ſe inuentum, partim vt etymologiis inanibus captis populorum origines deprehendiſſe ſe arbitrentur; vti ſupra in Medo ac Perſe, nunc in Belo, Aegypto, Danao, Cepheo, Agenore videmus, vt per eos Aegyptiorum, Arabum, Phoenicum, Argiuorum, et in Phineo forte Thracum, communis aliqua omnium ſtirps et origo prodatur. Condonanda haec ac ſimilia ſunt antiquitati, non ſequenda; itaque nemo in animum induxerit, ex iis argumentari, quae in Oriente vetere et recentiore de popu-

lorum originibus paſſim tradita ſunt. *κατῴκισεν* repoſui pro *κατῴκησεν*, adſtipulantibus quoque aliquot codd. Aegii et Schol. Aeſchyli l. c. *κατοικίζει* Schol. Hom. l. c. *'Αῤῥαβίᾳ* Pal. Vat. cum eod. Schol. *καταστρεψάμενος τὴν Μελαμπόδων χώραν, ἀφ' ἑαυτοῦ ὠνόμασεν Αἴγυπτον.* Nomen *Μελαμπόδων* Aegii doctrinae debetur: nam in libris eſt *τὴν μὲν λαμπόδην.* in Med. *τὴν μὲν λαμπάδων.* Porro legebatur antea *κατασκαψάμενος* (vitio Pariſ. *κατασκεψάμενος*). Sane *κατασκάπτεσθαι* dici poſſet vrbs euerſa. Sed vera lectio *καταστρεψάμενος* eſt ap. Schol. Il. *α*, 42. et Euſtath. ibid. p. 37. Apud Schol. Aeſchyli l. c. eſt *τοὺς Μελάμποδας χειρωσάμενος.* *Melampodum* nomen alibi forte non obuium. Egregia eſt emendatio Scaligeri ad Euſeb. p. 34. b. *Μελάμβωλον* a nigro ſolo: eſt enim terra nigra *optima frumentis* Virg. Ge. II, 203. cf. Niclas doctiſſ. virum, ad Geopon. p. 116. et ibid. lib. V, c. 1. p. 312. vbi Aegyptus *μελάγγειος*. Eſt ſane inter no-

nomina veteris Aegypti illud *μελάμβωλος* ap. Steph. Byz. in *Αἴγυπτος*, Euſtath. ad Dionyſ. 239. et Svid. in h. v. qui verſum ex Epigr. Philippi affert. Interea Melampodes nec minus habent, quo ſe tueantur. Agnoſcunt eos praeter h. l. Schol. Il. *α*, 42. Euſtath. p. 37. Zenob. II, 16. Schol. Aeſchyl. Prom. 852. qui omnes h. l. ante oculos habuere. De nomine Aegypto et ceteris cf. Simſon. ad 2522. Verba *ἀφ' ἑαυτοῦ* abſunt a Med. Reg, 3. et Dorv. et poſſunt ex Scholiis laudd. ſuppleta videri; nec tamen male. *στασιασάντων δὲ αὐτῶν.* addit Schol. Hom. *πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς ἀρχῆς.* ſed in eo omnino ſeqq. ſunt interpolata. Irrepſere tamen inde ea verba in edd. vulgatas; nam codices ea non agnoſcunt; niſi quod *περὶ τῆς ἀρχῆς* e Regiis notatum video. Itaque aut e Scholiis Hom. adſciuit haec et reliqua, aut libros habuit e Scholiis interpolatos Aegius. Nobis cum propoſitum ſit, repraeſentare lectionem codicum, ſpernendum eſt id, quod

in libris non legitur, adeoque etiam *πρὸς ἀλλήλους* a nobis eiectum eſt, etſi bene locum tueri poſſet, vt ſup. I, 9, 9. *ἐστασίασαν δὲ ὕστερον πρὸς ἀλλήλους.* *Δαναὸς τοὺς Αἰγύπτου παῖδας δεδοικώς.* eieci verba poſt *παῖδας* interpoſita: *πλὴν ἑνὸς ἢ δυοῖν διὰ τῶν τοῦ αὐτοῦ* (hoc *τοῦ αὐτοῦ* inficete inſertum ne quidem in Schol. l. c. legitur) *θυγατέρων ἀνεῖλε,* et poſt *δεδοικώς· καθότι καὶ ἐκ χρησμοῦ,* (male omiſſum *ἠκηκόει,* quod Scholia ſuppeditant) *ὅτι φονευθήσεται ὑπὸ ἑνὸς αὐτῶν καὶ ὑ.* et iterum poſt *ναῦν κατεσκεύασε. τὴν κληθεῖσαν ὡς ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ π.* Abſunt haec omnia a codd. et inſerta fuere ab Aegio ex Schol. Homer. l. c. Nam in Schol. Aeſchyli l. c. (ad Prom. 852.) nihil horum habetur; nec ſi vel maxime in eo haberentur haec, eius auctoritate emblemata iſta firmare velim cum Abreſchio Animadverſſ. ad Aeſchyl. p. 46. et iam ante in Miſc. Obſſ. Vol. VII. p. 417. Ceterum illud in Scholiis recte traditum erat, ſorte ac-

accepta Danaum ab Aegypti filiis, aut omnino a generis, necem ſibi metuere coepiſſe. cf. Schol. Eurip. Or. 871. At alterum ad Grammaticorum ineptias relegandum, quod πεντηκόντορον a filiarum numero repetunt, cum ad remigum numerum hoc nomen ſpectare ſatis conſtet. αὐτῶν ναῦν Pal. male; idem cum Vat. Reg. 3. Dorv. κατεσκεύασε πρῶτος, cum editum eſſet πρῶτος κατεσκεύασε. — Porro καὶ τὰς θυγατέρας ἐνθέμενος ἔφυγε dabant libri. Aegius induxerat ἐν ᾗ τὰς κόρας ex Schol. Hom.

p. 83. (II, 1, 4.) *Mineruae Lindiae* ſignum erat antiquiſſimum, ad Danaum adeo referri ſolitum, de quo eſt epigramma Callimachi, emendatione Bentleii inter viros doctos notum, fragm. CV. add. Toupii V. C. Curae nouiſſ. in Suid. p. 62. dedicatum illud a filiabus, v. Herodot. II, 182. Diodor. V, 58. vbi v. Weſſel. Nomina filiarum adſcripta erant in Marmore Pario: nunc non integra, niſi Helice et Archedice: ab iis collo-

catum ſignum (ſuppleo: *ἀποκληρωθεῖσαι ὑπὸ τῶν λοιπῶν βρέτας ἱδρύσαντο καὶ ἔθυσαν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἐν παραλίᾳ πεδιάδι ἐν Λίνδῳ τῆς Ῥοδίας.*) cf. Prideaux ad l. 15, 16. p. 393. Maitt. *προσάγων*. Schol. Hom. *προσχὼν δὲ*, quod idem apud Herodot. l. c. In Oxon. *προσίσχων δὲ* videtur legiſſe Gale, vt ſup. I, 9, 17. 18. *Λυνδίας* et *Λυδίας* corrupte libri. *Ἀθηνᾶς* omittunt Pal. et Vat. *Γελάνωρ*. ita apud Pauſaniam ſcribitur, II, 19. et 16. (eſt autem eius lectio omnino in nominibus propriis multo emendatior quam aliorum ſcriptorum, qualis ea in libris ad nos peruenit) in libb. erat *Πελάνωρ*. Aegius edidit, ex Schol. Homer. (quod Barneſ. mutauit) *ἐλάνωρ*. In Pal. et Oxon. *ἐλλάνωρ*. Scilicet *Γελάνωρ* nihil aliud eſt quam *ἑλάνωρ*, adſpiratione per gutturalem expreſſa. Erat autem Danaus oriundus ab Io, adeoque ab Inacho; et ab eo Argiui dicti Danai. cf. Strabo VIII. p. 570 (371). Ceterum haec, et quae mox ſequuntur de aduentu filiorum Aegypti, diuerſo modo tra-

ractata funt ab Aefchylo in Supplic. Eiusdem fuere Danaides, fuit et Amymone. cf. Hygin. f. 168. et ibi not. Mox poft ὁ τότε βασιλεύων vulgo legebatur: αὐτὸς δὲ κρατήσας τῆς χώρας ἀφ' ἑαυτοῦ τοὺς ἐνοικοῦντας Δαναοὺς ὠνόμασεν. inferta ex eod. Schol. Hom. ab Aegio. ἀνύδρου δὲ τῆς χώρας ὑ. Multa de hac Argolidis ficcitate inter veteres fama; vt et de factis mox puteis et fontibus. v. Strab. VIII. p. 569 fq. (370. 1.) cf. Schol. Il. δ, 171. Euftath. p. 461. pr. Hyg. f. 169. διότι τὴν χώραν Ἀθηνᾶς ἐμαρτύρησεν εἶναι. expectabam τῆς Ἥρας. Argiuam Iunonem quis ignorat? nifi fabula nunc obfcura latet. ὑδρευσαμένας Pal. Vat. follenni variatione. aquatum miffae puellae, adeoque iuffae exquirere venas aquarum; ita puteos ab iis detectos ferebant Argiui. v. Strab. l. c. p. 570. B. — κἀκεῖνος περιαναστάς. an περιεξαναστὰς, vt Faber? Saltem περὶ tollendum. Sic inf. c. 4, 2. Gorgones ἐκ τῆς κοίτης ἀναστᾶσαι. Forte fuit: κἀκεῖνός μεν ἀναστάς.

faepe

Saepe ſic per compendium litterarum erratum. Iterum peccatum inf. c. 4, 8. *διχναστάς*. *τὰς ἐν Λέρνῃ πηγὰς*, nunc pro agro Lerna. cf. Strabo l. c. p. 570. B. Hygin. f. 169.

Οἱ δὲ Αἰγύπτου παῖδες. ſequentia ſunt apud Zenob. II, 6. Res narrata a multis. v. Hyg. f. 168. Schol. Eurip. Hecuba 887.

(p. 84. II, 1, 4.) *τοῖς ἐπαγγελλομένοις* Reg. 2. pro *κόρας* vitium ed. pr. *κῆρας*. Sequitur locus parum iucundus commemoratione *Danaidum* et *ſponſorum* cum matribus. Danaus filias habuit L. e diverſis vxoribus: ex Elephantide duas, ex Europa IV. ex Hamadryadibus nymphis X. ex Aethiopide VII. et III. ex Memphide femina, XII. ex Polyxo Naiade, VI. ex Pieria, VI. ex Herſe. Pariter Aegyptus ſuſceperat filios VI. ex Argyphia femina, X. ex Arabia, VII. ex Phoeniſſa, III. ex Tyria, XII. ex Calyanda Nympha, VI. ex Gorgonibus, VI. ex Hephaeſtine. Procedit ſane ſic numerus

rus quinquagenarius; esse tamen in multis peccatum a librariis in confesso est. Sunt alia eaque et diuersa et multo magis corrupta in Hygin. f. 170. Occurrunt quoque nomina apud alios diuersa ab his, vt Celaeno ap. Strab. XII. p. 868. C. apud Callim. L. P. 47. Physadia, in Marm. Pario Helice et Archedice, reliquorum vero nominum vestigia sunt prorsus abhorrentia a nostris. Apud Antonin. Lib. 32. est Polydora, apud Schol. Lycophr. 156. Eurythoe, et apud Tzetzam Chil. VII, 136. ex Hippostrato Euryrrhoe. Quis primus tam inutilem operam locarit, vt illa nomina comminisceretur, non inuenio. Criticae tamen rationes postulant, vt veriora de iis apponam. ἐξεῖλον Λυγκεῖ. Pal. Dorv. Vat. Med. Reg. 3. quod et ipsum ferri potest: forte exemtam Hypermnestram Lynceo, Gorgophonen Proteo assignarunt; reliquarum nuptiae forte constitutae. In codd. est Γοργοφόντην. Ἀργυφίης. praestat Ἀργύφης ap. Tzetzam l. c. *Automate*

mate et *Scaea* Architeli et Archandro Achaei filiis nupſere. Pauſ. VII, 1. p. 522. *Amymone* a Neptuno compreſſa exemta eſſe debebat numero, vt ap. Pind. P. 9, 197. 8. ἐκ βασιλίδος, ſc. Εὐρώπης. — Λυγκεὺς δὲ καὶ Καλύκην ἔλαχεν. in codd. καὶ λύκην, vel καὶ λύχην. Equidem omnia haec expungenda cenſeo; nam Lynceus Hypermneſtram duxit, et requiritur in ſqq. numerus denarius; vereor itaque ne omnia illa αὗται δὲ ἐκ βασιλίδος vsque ad ἔλαχεν ab interpolatione profecta ſint. Ἱπποδάμειαν. occurrit idem nomen paullo poſt, altero vtique loco Κλεοδάμεια vel Φιλοδάμεια legendum, nam ea inter Danai filias apud Pauſ. IV, 30. 353. Ῥοδίαν emendaui ex Dorv. et Reg. 3. Ruhnken. V. C. H. in Cer. 398. Ῥοδείαν. mox Ῥόδη memoratur. Χαῖτος f. Χαίτης. Pro Ἀλκμήνωρ male erat Ἀλκμήνων, et Ἱππόθεος ἐξ Ἀῤῥαβίας Pal. Dorv. Ἀῤῥαβείας Reg. 3. οἱ μὲν Ἀτλαντείης f. οἱ μὲν ἐξ Ἀτλαντείας.

(p. 86.

(p. 85. II, 1, 4.) Pro Ἀμαδρυάδων, quod Aegius recte dedit, codd. ἀμαδονάδων vel — δον. Κερκέστης ex Pal. pro Κέρκηστις. mox Δώτιον malit Faber. Φάρτην corruptum arbitror: f. Φάρην. Φαρίαν. Φάυτην. Αἴγιος Pal. in marg. at in textu αἴτιος. ſic in Reg. 3. et in vno Tettii, in aliis Aegii Ἄργιος. Ἀνεξιβίην f. Ἀναξιβίαν. οἱ ἑπτὰ ſine δὲ Pal. Dorv. Reg. 3. ἐξ ante Αἰθιοπίδος exciderat; at in ed. Par. ἐκ ante Φοινίσσης. Mox ἐκ Καλιάνδης f. Καλιάδνης. tum καὶ Νηΐδος legebatur in edd. ante Νύμφης, ſed abſunt verba a Pal. Reg. 1. 3. Saltem τῆς Νηΐδος erat legendum cum Fabro. Νύμφη Ναῒς ſic I, 9, 6. At paullo poſt Πολυξοῦς Ναΐδος habetur. ἐκληρώσαντο περὶ τῶν. male legebatur παρά. Dicitur κληροῦσθαι ὑπὲρ, vel περὶ, vel τί. Poſt κόραι Νύμφης adulterinum eſſe iudico. *Autonoe.* Αὐγονόη vel Ἀγονόη Pal. D. Med. Κλεοπάτρα bis occurrit. Sed ſunt plura huius formae nomina, quae ſubſtitui poſſint.

(p. 85.

(p. 86. II, 1, 4.) Κλεοδώρα debet esse. Εὐίππη bis memoratur, forte altero loco Πληξίππη. Εὐρωτὼ dedi ex Pal. ἐρωτὼ est in D. Med. at Ἐρατὼ vulgo. Βρύκη. Βεβρύκη probat Gal. ex Eust. (ad Perieg. 805. ex quo Eudocia p. 47. et 107.) vbi Bebryces ab ea nomen tulere. Οἱ δὲ Γοργόνων. addidi ἐκ, lego quoque Γοργόνος. ἐκ Πιερείας non video cur non Πιερίας. Μετάλκης cum Hygino scripsi. Aegius dedit Μενάλκης, cum legeretur in libb. μεγακλῆς, μετάλκης. μελάλκης. mox in codd. Ἀδίτην. Ὀκτὼ δέ εἰσι. imo sex sunt. Leg. Οὗτοι δέ. Sic et Gale monuit. Πηλάργην cum Reg. 3. Pal. sic saltem deb. Πελάργην. idem Ἄρβυλος. Ὑπερίππη. an Ὑπερέτη, quae apud Hygin. est? Κρηνοῦς Pal. D. Reg. 3. Sed et Antenoris f. Κρινὼ Paus. X, 27.

Ὡς δὲ ἐκληρώσαντο. Scilicet κληροῦν putandus pater, vt sup. διεκλήρου, at sponsi ἔλαχον, ἐκληρώσαντο, sortem duxere et sorte ducta accepere, sortiti sunt

suas

ſuas quisque nuptias ſeu ſponſam. Etiam pag. ſup. de ſponſis: οἱ δὲ ἐκ Καλιάδνης N. ἐκληρώσαντο περὶ τῶν. διαδίδωσι. Pal. Dorv. cum Zenob. l. c. II, 6. δίδωσι. recte. adhaeſit διὰ ex antec. voce. αἱ δὲ κοιμώμεναι Vat. Med. παρθένον αὐτὴν φυλάξαντα. ita et Schol. Pind. N. 10, 10. Schol. Il. δ, 171. et alii; etiam Ouid. Ep. XIV. Contra vnam Hypermneſtram deuirginatam tradiderant alii ap. Schol. Eurip. Hec. 887. Αἱ δὲ ἄλλαι τῶν Δαναοῦ. male inſerta legebatur μὲν, τῶν μεν Δ. Fabulam vulgarem de Danaidum ſupplicio in inferis, vbi dolium pertuſo fundo aqua explent, non meminit noſter: at idem capita ſponſorum ad Lernam defoſſa narrat: eadem Zenob. IV, 86. etiam Pauſ. II, 24. at inuerſo modo, corpora Lernae ſepulta, capita vero Argis. Eodem reſpicere videtur Aeſchylus in loco nondum ſatis expedito Prom. 865. vbi, venient, inquit Prometheus, Aegypti filii θηρεύσοντες γάμους, — Φθόνον δὲ σωμάτων ἕξει θεός. Πελασγία δὲ δέξεται θηλυκ-

τόνῳ Ἄρει δαμέντων, v. Emendauit haec Brunk. V. C. *φθόνον δὲ σώμαθ' ὧν ἕξει θεός.* quae multo minus intelligo. Declarandum erat, quid ſit *φθόνον σωμάτων ἔχειν τὸν θεόν.* Poſteriora de ſponſis ſepultis in Argiua terra eſſe accipienda, per ſe patet; ſed illa *φθόνον σωμάτων ἕξει θεὸς* aut ſunt: *inuidebit ipſis numen corpora*, h. l. puellas, *vt ne earum flore fruantur*; ita mox eſſe debebat *δαμέντας*. aut de corporibus occiſorum intelligenda haec ſunt: *ſubducentur corpora fato, eaque terra Argiua excipiet ſepulta.* Nam *inuideri* dicuntur a poetis ea, *quibus priuamur, quae eripiuntur vel ſubducuntur.* *συνῴκισε.* recte ſic emendauit Commel. ex Pal. In Rom. erat *συνῴκησε.* *εἰς γυμνικὸν ἀγῶνα.* eſt is, de quo Pind. P. 9, 195 ſqq. *ἔθηκε* eſt pro *προὔθηκε.*

Nauplius. De duobus Naupliis hic et alibi confuſis v. Strab. VIII. p. 566. 7. et e recentioribus Burm. Catal. Argonaut. Alius fuit Neptuni et Amymones

nes f. (is condidit Naupliam: Pauſ. II, 38. IV, 35. ei ab Aleo filia Auge tradita inf. III, 9, 1. Pauſ. VIII, 48. f.) e cuius poſteris alter Nauplius, fuit inter Argonautas; v. Apollon. I, 134. a quo tamen forte diuerſus quoque tertius, vulgo pro eodem habitus, Palamedis pater ex Clymene, naufragii Graecorum ad Capharea Euboeae auctor. Ad poſtremum hunc Sophoclis fabulae *Ναύπλιος καταπλέων* et *Ναύπλιος πυρκαεὺς* ſpectabant. Narratio, quae de Nauplio ſequitur, paullo obſcurior eſt: videtur is diis iraſci ſolitus, quoties fluctibus mergi videret hominem; poenae itaque ſeu vindictae loco deos ipſi ſimilem vitae exitum inflixiſſe, vt et ipſe ſubmerſus fluctibus interiret. *πλέων τὴν θάλασσαν*, vt *θάλασσα πλεομένη*. forte haec ex poeta adumbrata. *τοῖς ἐμπίπτουσιν ἐπὶ θανάτῳ* dictum vt *μαστιγοῦσθαι ἐπὶ θανάτῳ*, tanquam conditione propoſita; cum vulgare eſſet: *δυσφορεῖν ἐπὶ τῷ θανάτῳ τῶν ἐμπιπτόντων*. *συνέβη οὖν καὶ αὐτῷ* Vat. *οἱ Τραγικοὶ*,

ſc. Sophocles in alterutro Nauplio vel in Palamede, et Euripides in Palamede ſuo. *Κλυμένην τὴν Κατρέως.* ita repoſui auctoritate Burmanni Catal. Argon. in voc. *Nauplius*, et Meurſ. in Creta III, 3. Male legebatur *'Ατρέως*, vt emendarat Aegius; in codd. eſt *κατρέως.* Mox *Φίλαραν* Pal. Reg. 3. *Κέρκοψ*, vt ſup. v. not. p. 253. Pro *νόστους* Tett. Vat. *νόμους.* v. Ind. auctt.

CAP. 2.

ſ. 1. Pro *Λυγκεὺς* Dorv. *Γλυκεύς.* *Lyncei* nomen non obſcurum: quo etiam Hercules cum Iolao declaratur in Clipeo Herc. 327. *Λυγκῆος γενεὴ*, non *Λυγγῆος*, vt editur. *Λυγκήϊον Ἄργος* Apollon. I, 125. *Λυγκεῖδαι* ap. Steph. in *Ἄργος* laudati a Galeo. *'Ωκαλείας*, ita Aeg. edidit; in libris fere eſt *ἀγκαλλίας.* Videtur latere *'Αγλαΐας*, quae diſerte editur a Schol. Eurip. Or. 965. *Mantineus*, Mantineae conditor inter Lycaonis filios eſt ap. Pauſ. VIII, 3. De *Abante* qui egerint v. ad Hyg. f. 136. n. 9. Proetus

non

non Abantis, ſed Therſandri f. eſt ap. Schol. Od. λ, 325.

στάσις. cauſſa memoratur inf. c. 4, 1. quod Proetus fratris filiam corruperat. εὗρον ἀσπίδας, ſaltem inuenere *clipeum Argolicum.* Clipeo tum primum in pugna vſos ait Pauſ. II, 25. ἀσπίδας ξυλίνας memorat Schol. Eurip. l. c. De clipeo Abantis aliae ſunt fabulae v. Hyg. f. 170. et not. Ad eundem alluſit Virg. Aen. III, 286. *clipeum, magni geſtamen Abantis.*

(p. 89. II, 2, 1.) ὡς δὲ οἱ Τραγικοί. Inter hos Euripides, cuius fabula fuit hoc nomine, Σθενέβοια. cf. Euſtath. p. 632, 5. *Antea* ap. Hom. Il. ζ, 160. ex ea et Proeto nata eſt Maera, de qua Ol. λ, 325. et ibi Schol. (ex quo ſua habet Eudoc. p. 285.) Aliis *Sthenoboea* ſcribitur v. ad Hyg. f. 57. *Cyclopes.* v. ſup. not. p. 10. ſenſus verborum hic eſt: καταλαμβάνει Τίρυνθα ſc. ὁ Προῖτος ἣν αὐτῷ οἱ Κύκλωπες ἐτείχισαν. Tirynthem muris muniuere Cyclopes v.

 Pauſ.

Pauſ. II, 25. p. 169. Schol. Eurip. Or. 963. vbi ex Curetide terra, h. Creta, veniſſe narrantur vna cum Lyciis; apud Strabon. VIII. p. 572 (373) minus bene ex Lycia; verba quoque ibi ſunt Proetum Tirynthem τειχίσαι διὰ Κυκλώπων. ita nec in noſtro deſideres τῶν Κ. τειχισάντων, quod alioqui forte reponas. In ſeqq. interpolatio irrepſit. Saltem ſatis eſſet, μερισάμενοι δὲ τὴν Ἀργείαν, Ἀκρίσιός μὲν etc. In Vat. legitur: μερισάμενοι δὲ τὴν ἀργείαν, γίνεται Ἀκρισίῳ μὲν etc. reliqua in medio deſiderantur. Προῖτος δὲ Τίρυνθος. Pal. et ceteri, Τίρυνθον, Med. Τιρύνθου. *Danae* ex *Eurydice* nata: erat haec Lacedaemonis et Spartes f. inf. III, 10, 3. Tradiderat ſic Pherecydes, vt apparet ex Schol. Apoll. IV, 1091. Apud Hygin. f. 63. Aganippe eſt; v. ibi not. Apud Schol. Lyc. 838. Εὐρυδίκης τῆς Εὐρώτεως legitur, forte pro τῆς Εὐρώτα.

ſ. 2. *Proetides* inſania ſua notae: Λυσίππη τε καὶ Ἰφινόη καὶ Ἰφιάνασσα veteris

ris poetae verſum nomina conſtituiſſe puto. Ἰφιόνη in libb. Aegii erat, vt et in Pal. Iphianaſſam Pherecydes quoque ediderat ap. Schol. Od. ο, 225. Apud Diodor. IV, 68. Ἰφιάνειρα, Megapenthis f., male pro eadem habita eſt. v. Weſſel. et cf. Perizon. ad Aelian. V. H. III, 42. Ἡσίοδος, in Catalogo puta; verſus eſt apud Svid. in μαχλοσύνη· εἵνεκα μαχλοσύνης στυγερῆς τέρεν ὤλεσαν ἄνθος, et alii duo apud Euſtath. p. 1746, 9. (vnde ſupplendus Etymol. p. 523, 8,) τὸ κνύος τὴν φθορὰν — φέραν καὶ χρῆσιν ἐκ τοῦ παρὰ Ἡσιόδῳ καταλόγου περὶ τῶν Προιτίδων· „καὶ γάρ σφιν κεφαλῆσι κατὰ κνύος αἰνὸν ἔχευεν· ἀλφὸς γὰρ χρόα πάντα κατέσχεν (f. κατῄσχυν') ἐν δέ νυ χαῖται ἔρρεον ἐκ κεφαλέων· ψίλωτο δὲ καλὰ κάρηνα.„ Bacchum ait puellis intuliſſe foeditatem oris; caluitie facta defluxiſſe comas. *Heſiodum* ſequitur Diod. IV, 68.

At cum *Acuſilao* fecit Pherecydes: v. Schol. Homer l. c. cf. Lutat. ad Stat. Theb. III. 453. τὸ Ἥρας ξόανον. erit

ergo hoc antiquissimum illud signum Iunonis Argiuae, olim Tirynthe a Piraso consecratum (v. sup. Not. p. 246.) et Tirynthe excisa in templum Iunonis Argiuae haud longe a Mycenis deportatum; a Pauf. II, 17. descriptum. cf. Clemens Protrept. p. 14. Euseb. Praep. Ev. III, 8. Hoc signum cum e piro siluestri sculptum esset, contemtui forte illud habuere Proetides. Schol. Homer l. c. ipsum templum memorat derisui habitum ex Pherecyde: *παραγενόμεναι γὰρ εἰς τὸν τῆς θεοῦ νεὼν, ἔσκωπτον αὐτὴν*, (vt Barnes, pro *αὐτὸν*) *λέγουσαι πλουσιώτερον μᾶλλον εἶναι τὸν τοῦ πατρὸς οἶκον.* Proetidum discursus per Arcadiam, *καὶ τὴν Πελοπόννησον ἅπασαν.* Alterum hoc ineptum interpolatorem sapit; non, quod Peloponnesi nomen tum nondum erat; quod Faber ad h. l. monet; verum quod errores intra Argolidem et Arcadiam continebantur. Modestior autem est noster, quam, qui eas sibi iuuencas visas esse narrauit, Virgil. 6, 48. *Proetides implerunt falsis mugitibus auras.* (p. 90.

(p. 90. II, 2, 2. De *Melampode* iam ſup. I, 9, 12 f. vidimus: ad ea, quae hic ſequuntur, cf. Schol. Od. ο, 225. qui Pherecydem exſcripſit, Euſtath. p. 1779 ſq. Pind. N. 9, 30. Herodot. IX, 34. add. Pauſ. VIII, 18 f. II, 18. p. 150. Εἰδομένης τῆς Ἄβαντος. ſup. I, 9, 11. Idomenen τὴν Φέρητος edit; aut igitur alterutro loco nomen corruptum, aut diverſos auctores ſequitur. Aglaia eſt Diodoro IV, 68. μάντις ὢν, id quod ſupra I, 9, 11 f. vidimus; nunc et morbos curat Melampus ſuccis herbarum, et luſtrationum religioſis ritibus: qui fuere morborum curandorum modi in medicina antiquiſſima. εὑρηκὼς πρῶτον Pal. — ὑπισχνεῖται θεραπεύσειν. ita cum Aegio e cod. Farneſ. hic et infra ſcripſi, pro θεραπεύειν, ne hoc ter in eadem pagina rediret, etſi facile relinqui poterat. Sane poſt *verba pollicendi* locum habet et praeſens, et futurum, etiam aoriſtus; ſollenne tamen noſtro futurum eſt: v. c. p. 64. δώσειν ὑπισχνεῖται. p. 65. ὑ. συν-

ἐργήσειν. ſic et p. 72. p. 73. p. 87. p. 123. p. 130. p. 131. p. 177. Nullum eſt in contrarium exemplum praeterquam p. 64. ὑπισχνεῖται κυβερνᾷν. In ſeqq. εἰ λάβοι τὸ δὲ τὸ τρίτον Vat. Mox ἐπὶ μισθοῖς τηλικούτοις, et iterum τοὺς αἰτηθέντας μισθοὺς, neſcio an ad corruptelae exempla ſupra commemorata ἐπὶ βωμοῖς pro βωμῷ I, 9, 8. II, 5, 11. p. 138. referendum ſit, pro μισθῷ. μισθόν. συνεχώρησεν ἐπὶ τούτοις: *hac mercede*. cf. ſup. Not. p. 166.

(p. 91. II, 2, 4.) μετ' ἀλαλαγμοῦ Aegius correxit: in codd. μετ' ἀλαγμοῦ. et mox ἐκτικυῶνος Pal. ap. Com. et ἐκ σικυῶνος Reg. 3. pro ἐς Σικυῶνα. Aliter autem rem exponit Pauſ. VIII, 18. p. 636. Conf. laudatum iam a Galeo et aliis Stephan. in Λουσσοὶ et in 'Αζανία. Purgamina in fontem abiecta vim aquae inebriantem indidere. v. Ouid. Met. XV, 325 ſq. Templum in rei memoriam exſtructum Iunoni v. Pauſ. II, 12. pr. cf. Heſych. in ἀκρουχεῖ. καθαρμῶν dedi ex

ex codd. quod res poſtulabat, pro *κα-θαρμοῦ*. Adhibitum autem ad purgandam bilem elleborum, dictum hinc Melampodium. v. Plin. XXV, 21. *ἐξέδοτο Προῖτος*. Melampodi quidem elocavit Iphianaſſam. *Megapenthem* autem ipſe Proetus genuit.

CAP. 3.

ſ. 1. De *Bellerophonte*. Locus claſſicus Il. ζ, 152 ſqq. et ibi Schol. cum Euſt. Schol. Lycophr. 17. quem exſcripſit Eudoc. p. 88. Extat de eo docta diſputatio Frereti (*Mem. de l'Acad. des Inſcriptt. T. VII. p. 83.*) Tragoediae ad eum pertinuere *Iobates* Sophoclis, *Stheneboea* et *Bellerophontes* Euripidis. *Pegaſum* de naui qui interpretantur (v. Staver. ad Hyg. p. 122.) vix ſatis indolem veterum fabularum perſpectam habent; alae deſignant celeritatem; id autem, quod priſco ſermone ad notionem celeritatis declarandam vim habere debebat, poſtmodo proprie acceptum a poetis

tis et artificibus in fabulam miraculumque versum est: deorum equi alati v. Hesiod. Θ· 285- ὁ Γλαύκου. ex Eurymede, vt sup. I, 9, 3. Δηλιάδην. ita Aegius emendauit ex Schol. Lyc. 17. (etsi et ibi Barocc. cod. Ἡλιάδην habet.) add. Tzetza Chil. VII, 813. In Apollodoro codd. Ἰλιάδην, Pal. Ἰλιάδαν. Πειρῆνα vt sup. II, 1, 3. pr. Πειρῆνος. Et sic Tz. l. c. et Zenob. II, 87. vbi locus exscriptus, add. Vat. Append. p. Schott. p. 285. At in codd. πείρην. Reg. 1. τήρην. Mox Pal. Ἀλκιμένου. Mirum vero, non primo loco commemoratum Bellerum, cuius caede nomen consequutus est Bellerophontes; v. Schol. Il. ζ, 155. Zenob. l. c. et Schol. Lyc. l. c. κτείνας Κορίνθιόν τινα Βέλλερον, ἢ τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Δηλιάδην, ἢ Πειρῆνα, ἢ Ἀλκιμένην. videtur itaque excidisse paullo ante: κτείνας ἀκουσίως Βέλλερόν τινα, ἢ ἀδελφὸν Δ. Nomen eius verum fuit Hipponous. εἰς Ἄργος πρὸς Προῖτον legebatur: falsum hoc; nam Proetus Tirynthem tenebat: sup. c. 2, 1. f.

Apud

Apud Zenob. εἰς Τίρυνθα ἐξ Ἄργους. Schol. Il. ζ, 155. εἰς Ἄργος, e quo verba haec duo transtulisse videri debet Aegius; nam a libris absunt; sed sunt in illo Scholio alia turbata. καὶ αὐτοῦ γυνὴ Σθενέβοια, ἣ καὶ Ἄντεια, ἔρωτα ἴσχει. haec ediderat Aegius, interpolata ex Schol. Lyc. l. c. vel ex Zenob. l. c. A codd. absunt γυνὴ et ἣ καὶ Ἄντεια, id quod iam f. 1. monuerat auctor: cum a Pal. quoque abessent, verba vncinis incluserat Commel. equidem eieci. προσπέμπει. hoc reposui, Zenobium sequutus, Fabro quoque optante, pro προπέμπει. quod sane et ipsum dici potest: v. ad Charit. p. 333. Misc. Obss. nov. T. III, p. 7. alienum tamen ab h. l. et sic mox προσεπέμψατο. πρὸς Ἰοβάτην. adiectum erat in edd. superioribus τὸν πενθερὸν, quod a codd. abest. κομίζειν Pal. κομίσαι Zenob. quod praeferam; minus bene idem mox ἀνεγέγραπτο. Noster vero non dubitauit γράμματα et epistolia iam illa aetate missa agnoscere,

quod

quod in Homero l. c. Il. ζ, 168. 9. obſcurum eſt. Mox poſt *ἀποκτεῖναι* verſus deeſt in ed. Rom. ſed operarum vitio. — *ἐπιγνοὺς*. Zenob. *ἀναγνοὺς* et *τὴν πυρίπνουν Χίμαιραν*, forte ex ſup. I, 9, 3. — *τρίτην δὲ κεφαλὴν μέσην αἰγὸς, δι' ἧς πῦρ ἀνίει.* Faber hic epitomatorem maioris, quod interiiſſe cenſebat, operis feſtinantem agnoſcens emendabat: *τρίτην δὲ κεφαλὴν, τὴν μέσην, τὴν αἰγός*, nec apparet, quid hinc lucretur vir doctus. In Vat. eſt *τρίτον δὲ κεφ.* ceteri nil mutant. Nec Zenob. l. c. qui verba tranſcripſit. Scilicet monſtrum hoc variis modis a poetis fuit ornatum: Apud Homerum tricorpor erat, ad terrorem et ad vaſtationis declarationem, capite leonino, media parte caprina, cauda ſerpentis compoſitum. Ab Heſiodo auctum eſt Θ. 321. trinis capitibus leonis, caprae et ſerpentis: etſi et ille locus interpolatus eſt, vſſ. 323. et 324. ex Homero illatis. (cf. *Comment. Soc. Gott.* T. II. p. 144.) Hinc tertia forma ex vtroque com-

compoſita: monſtrum et tricorpor et triceps, inter trina autem capita medium caprae: pro eo igitur, quod fuiſſet, τρεῖς δὲ κεφαλὰς, ὧν μέση αἰγὸς ἦν, dixit noſter auctor τρίτην κεφαλὴν μέσην αἰγός. Vt in hoc inciderent ſeriores, inducere multo magis eos potuit praua iunctura verborum Homeri: μέσση δὲ χίμαιρα δεινὸν ἀποπνείουσα: cum hoc ad ἡ δ' ἄρα retrahendum ſit. Obſcuritatem in Homeri verbis iam inter veteres incuſarunt plures: v. Euſtath. p. 634, 40. Cum adeo capra media, hoc eſt capra medium corpus efficiens, quomodo ignem efflare poſſet, non haberent: in illud eos incidere neceſſe fuit, vt modo caput leonis efflare ignem ex caprino corpore dicerent, modo comminiſcerentur alia, quae ap. Euſtath. l. c. videri poſſunt. Etiam Ouid. Met. IX, 646. parum diſerte dixit: *Quoque chimaera iugo mediis in partibus ignem, Pectus et ora leae, caudam ſerpentis habebat*: ibi adeo bene *hircum* pro *ignem* reſpuit Heinſius, etſi alia de cauſſa.

Mox

Mox δὲ καὶ abeſt ab Medic. malim et reliqua τὴν χίμαιραν ταύτην. tum Ἀμισαδάρου Pal. Vat. D. Reg. 3. apud Palaeph. 29. Ἀμισόδαρος. ſed in Homero Il. π, 328. eſt Ἀμισώδαρος. *Heſiodus* Θ. 319. coll. cum v. 297. 308.

ſ. 2. Ad rem cf. Pind. Ol. 13, 122. verba repetit Zenob. l. c. vbi ἀναβὰς οὖν etc. ἐπὶ τὸν Πήγασον, ὃν εἶχεν. in codd. eſt τὰς πηγὰς, ὃν. vnde Aegius dedit ἐπὶ τὸν Πήγασον εἶχεν. interpoſitum ὃν ab Commel. Conſentit Zenob. l. c. Voces καὶ Ποσειδῶνος ſuſpecta habeo, tanquam ex margine inſerta. Etiam ipſe paullo poſt c. 2, 4. p. 97. Neptuni non meminit. cf. Heſiod. Θ. 281. Palladis operam in Pegaſo domando non meminit, quam praeclare exponit Pind. Ol. 13, 92 ſq. cf. Pauſ. II, 4. μαχέσασθαι. ita cum Galeo emendaui; Homericum ἐμαχέσσατο reſpiciens. Vulgo eſt μαχεσθῆναι, quod barbari epitomatoris eſſe cenſebat Faber. Dicerem et ipſe notandam potius eſſe formam, quam mutan-

andam, nisi me versari scirem in libello, n quo indoctus librarius litterarum compendia vbique perperam expressit. — ἀγωνίσασθαι Zenob. l. c. Solymi ad fines Lyciae. Amazones apud antiquiores in Scythia, postea ad Pontum Euxinum, esse quaerendas, nota res est. Memorat eadem Homer. et Pind. l. c. τοὺς τῇ νεότητι Λυκίων διαφέρειν δοκοῦντας: editum erat τούς τε ν. vbi vel delendum, erat τε, quod nunc factum malim, vel cum Fabro scribendum τῇ, quod feci. Gale malit τότε. firmari hoc posset ex Zenob. l. c. II, 87. τοὺς τότε ῥώμῃ νεότητος διαφέροντας. Φιλονόην. etiam sic Schol. Lyc. 17. at ap. Schol. Pind Ol. 13, 83. Anticlia, apud Schol. Hom. l. c. Il. ζ, 155. Casandra. Nati autem ex ea Isander, Hippolochus et Laodamia, quae ex Iove Sarpedonem sustulit v. Il. ζ, 197 sq. cf. inf. III, 3, 1. Ceterum de Bellerophontis fatis post haec tempora nihil addit noster: aduersam fortunam insequutam Homer. ibid. v. 200. innuit;

Pegaſo Olympum auſum conſcendere excidiſſe, Pindarus I. 7, 63. Ol. 13, 130. cf. Horat. IV, 11, 26.

Cap. 4.

ſ. 1. Caput hoc ſpeciminis loco editum Miſcell. Obſſ. nov. To. III. a Swindenio, praeclarae ſpei iuuene, cui vtinam tela, quam exorſus erat, morte ne excuſſa manibus eſſet! Maiores ille copias allaturus fuiſſet per longum tempus paratas! Transferam ex eo quae conſilio meo reſpondere videbuntur. Quod ad argumentum capitis attinet, tractaverat illud Pherecydes lib. II. et XII. e quo hauſit ſua Schol. Apollon. IV, 1091. et 1515. ex hoc Scholio haud parum interpolatum Apollodorum poſtea videbimus. Narrauerat haec haud dubie ſimpliciſſime Pherecydes: ornatus autem debetur ſerioribus. Apollodorum ante oculos habuere Zenob. I, 41. Schol. Il. ξ, 319. Schol. Lyc. 838. ſed hic multis de

ſuo

ſuo additis, eumque exſcripſit Eudoc. p. 103 ſqq. et p. 288. at Apollonii Scholia p. 334 ſq. Multa in fabula aliter conſtituta fuere in tragoediis: Euripidis *Danae*, et *Dictye*, Aeſchyli *Polydecte*, Sophoclis *Danae*. περὶ παίδων γενέσεως ἀῤῥένων, idem verborum ordo in Zenob. alioquin ἀῤῥένων a ſequiore manu adſutum credere liceret; ſed et Schol. Hom. l. c. περὶ γενέσεως ἀῤῥένων παίδων, et Schol. Apollon. χρωμένῳ δὲ αὐτῷ περὶ ἄρρενος παιδός. Coniux Acriſii Eurydice: ſup. II, 2, 1 f. ὁ θεὸς abeſt a Pal. et inde ductis, male. γενέσθαι. ſic et Zenob. et ſic alibi; ne γενήσεσθαι malis: cf. Swinden. p. 55, ὃς αὐτὸν ἀποκτείνῃ. Aegius ediderat ἀποκτενεῖ, ex Schol. Hom. l. c. Reuocaui alterum e codd. et Zenob. θάλαμον. intellige οἶκον ſingularem. cf. ſup. Not. p. 163. Seriores turrim aheneam commemorant. v. Swind. p. 55 ſq. Alii fabulam ſic tractaſſe videntur, vt puellam iam grauidam factam cuſtodia turris incluſam

 di-

dicerent: ſic Sophocl. Antig. 957. ſq. μὲν poſt ταύτην exciderat vitio ed. Par. nec eſt lectionis varietas. ὡς ἔνιοι λέγουσιν: Schol Hom. addit: ὥς φησι Πίνδαρος καὶ ἕτεροί τινες. Aliter tamen Pindar. P. 12, 29. v. Swind. p. 58. ἡ στάσις. reſpicit ſup. c. 2, 1. εἰς τοὺς Δανάης εἰςρυεὶς κόλπους. Schol. Hom. εἰςδὺς εἰς τόν Δ. κόλπον. Eudocia p. 104. ἀχθεὶς διὰ τοῦ ὀρόφου. f. χυθείς. nec aliter Schol. Lyc. 838. εἰς λάρνακα. Diſertius haec omnia ap. Schol. Apollon. l. c. IV, 1091. Ad ſeqq. comparandi praeclari verſus Simonidis in fragm. κιβωτὸν vocant ciſtam alii: vti Schol. Pind. P. 10, 72. ἐν Σερίφῳ νήσῳ Zenob. de ſuo auxit. ἀνέτρεφε. Sic Aegius ediderat, nec aliter libri ac Zenob. In Commelin. peccatum ἀνέτρεψε, vnde Fab. et Par. ed. ἀνέθρεψε.

ſ. 2. *Polydectes* et *Dictys.* Tragoedias his nominibus paullo ante memorauimus. De Dictyis genere v. Schol. Apollon. IV, 1091. Schol. Lyc. 838. et

ſup.

ſup. I, 9, 6. Πολυδεύκτης aberratum in libb. h. l. vt ibi. Dorv. Πολυδέκτος. — ἀδελφὸς ὁμομήτριος Δίκτυος. media vox abeſt a codd. et Zenob. ſuppleta ab Aegio ex Schol. Apollon. l. c. Seruare volebat vocem van Swind. p. 61. quoniam Pherecydis manum in eo Schol. ſupereſſe putabat; mihi illa valde interpolata eſſe videtur. λέγων, ἔρανον συνάγειν ἐπὶ τοὺς Ἱπποδαμείας τῆς Οἰνομάου γάμους. non epulas collatitias, vt video viros doctos accipere; ſed *munera collatitia, vnde ἕδνα conficeret*, quibus alios procos vinceret. Conuiuii notionem male intulere grammatici: nec eam Pherecydis eſſe arbitror ap. Schol. Apollon. nec eam agnoſcit Pindar. P. 12, 25. Hac notione epularum ſemel illata obſcuratus eſt locus adeo, vt commoda ſententia elici non poſſet. Vt in illud commentum inciderent, mouit grammaticos vulgaris vocis ἔρανος notatio, tum vero quod conuiuii memoratio apud ſcriptores fit, ſed Perſeo inſulam Seriphum

reduce facto. Valde autem celebres fuere *Hippodamiae nuptiae*, quibus tandem potitus est Pelops. Praeter Pind. Ol. 1. et Schol. v. Schol. Apollon. I, 753 f. cf. Schol. Lyc. 156. egerat de iis Apollodorus in extremis libelli capitibus, quae interiere. *λόγον ἔρανον συνάγει* Pal. *λόγον ἐράνων* Dorv. *λόγων ἔρανον* Reg. 3. *ἐπὶ τοὺς τῆς Ἱπ.* Reg. 1. 2. *τοῦ δὲ Περσέως εἰπόντος.* post haec antea in edd. legebatur: *ἐπὶ τίνι ὁ ἔρανος εὐωχεῖται; τοῦ δὲ φήσαντος, ἐπὶ ἵππῳ· Περσεὺς δὲ εἶπεν*, et post verba *ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τῆς Γοργόνος*, iterum: *οὐκ ἀντερεῖ Πολυδέκτης παρὰ μὲν οὖν τῶν λοιπῶν.* Erant haec profecta ab interpolatione Aegii, qui locum obscurissimum ex Apollonii Scholiis se ita declarasse gloriatur, vt vel anniculis pueris intelligi possit. Condonabimus ipsi sapientiam tam praecocem; nos dabimus ea, quae secundum codd. et Zenobium Apollodorea fuisse probabile sit. Perseus ait, se haud abnuere symbolam, etiamsi Gorgonis caput pro symbo-

bola afferendum ſit; vt adeo ad officium Polydecti declarandum nulli nec rei nec operae ſe parcere velle ſignificet. Inter ἀδύνατα illo tempore habitam putare licet Meduſae necem. καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ. vel hac conditione propoſita. Egit copioſe de h. l. van Swind. p. 62. οὐκ ἀντερεῖν. in codd. et οὐκ ἀνταίρειν, in Aegii libb. ἀντέρειν, vnde is fecit ἀντερεῖ. Mox περὶ μὲν et περὶ δὲ male codd. οὖν intulerat poſt παρὰ μὲν Aegius. Quod equos a ceteris iuuenibus poſtulat Polydectes ad ἕδνα, non mirum, quia Oenomao aurigationis ſtudioſiſſimo tale munus maxime probatum iri ſperare poterat. ἐπὶ τὰς Φόρκου γίνεται θυγατέρας. παραγίνεται Zenob. idque malit Faber cum Munk. ad Hyg. p. 9. ed. Stav. Videtur fabula hunc in modum eſſe conſtituenda: vt Meduſa expugnari poſſet, cum virtus nullius mortalis auſo par eſſet, opus erant talaria alata, cibiſis et Orci galea: haec autem ſeruabantur a Nymphis in extremo

occidente loco incognito degentibus. Ad has vt viam monſtrarent, adeundae erant Phorci filiae, Graeae; cumque eas, niſi vi adactas, quod peteret effecturas non eſſe bene noſſet, oculum iis trinis communem clam ſubducit; nec niſi via ad Nymphas monſtrata reddit. Ita tandem armis idoneis inſtructus Gorgones adiit. Spectant haec ad antiquiſſimum, et ſingulare prorſus fabularum genus, ad extremam Africam relegatum, a Graecis haud dubie aliunde acceptum, et in antiquiſſimo forte iam ante Pherecydem carmine tractatum (Nam quod Heſiodum auctorem edunt viri docti, vt Dodwell. Diſſ. de Hannon. Periplo ſ. 3. praua interpretatione verborum Heſychii faciunt, qui in Γοργὼ, vt ſupra vidimus, Homerum fabulas has ignorare, h. e. iis non vti, ait. Omnino vir doctus, Dodwellus, iu mythis his exponendis non magis feliciter verſatur, quam Bochartus et tot alii, qui ex hypotheſi aliqua vndecunque arrepta haec

et

et alia interpretari ſe poſſe) putarunt. Simili more argutati ſunt veteres, vt Diodorus. Alii in Cernen inſulam remouerunt Gorgones, e qua Cyrenen facere volebat Dodwellus repugnantibus aliis.) Multa certe inſunt antiquioris ſermonis mythici veſtigia; multa quae a Phoenicibus accepta videntur, ſaltem ab iis qui extremum Libyae occidentem nauigatione adierant, et noua ac mira ibi viſa renuntiabant. Alia tamen a fabulis de occidente ſole, eiusque in oceano occidentali ſeu Africae ſeu Hiſpaniae regia; ad quam et armenta Solis erant (de quibus infra in Herculis rebus geſtis lib. II, 5, 10 et 11.) et horti. Solis autem aurea eſſe omnia quis neſcit? De Phorco et eius filiabus v. ſup. I, 2, 6. et Not. p. 25. deſcriptionem earum et ſororum Gorgonum edidit Aeſchyl. Prom. 792 ſeqq. Phorcides erant προφύλακες Gorgonum, vt Eratoſth. c. 22. appellat quae aditum ad eas cuſtodiebant. Earum nomina iam apud Heſiodum le-

guntur, Θ. 273. 4. cf. Munk. l. c. van Swind. p. 74. corrupta illa fere in libris. ἐντὼ ab Aegio editum male repetierant editores, cum ipſe iam correxiſſet ἐνυὼ, idque libri offerant. Idem Πεμφρηδὼ intulerat, quia in libris eſt μεμφρηδὼ, Zenob. μεμφήδην. Ex Heſiodo ſaltem dandum erat Πεφρηδὼ, ſed verum nomen ſuſpicor fuiſſe Πεφριδὼ, ἀπὸ τοῦ φρίσσειν, quam exhorreſcunt qui adſpiciunt. Pro Δεινὼ eſt ἰαινὼ ap. Schol. Apollon. et ex eo apud Eudoc. p. 335. male. ἦσαν δέ. aberat δὲ in ed. Rom. ſed habent codd. et Zenob. Intulit recte Commel. ex Pal. ſed mirum quod incluſit vncinis. Mox, tanquam aliena, delenda eſſe cenſeo verba Κητοῦς τε καὶ Φόρκου, nam hoc ſuperiore verſu iam dixerat: ἐπὶ τὰς Φόρκου θυγατέρας. Erant Γοργόνων ἀδελφαὶ, recte vel ſecundum Heſiod. Θ. 270. 4. ex Phorcye et Ceto. Mox ex more ſuo ἕνα δὲ ſcripſiſſe videtur noſter. ἤμειβον ἀλλήλαις. durum hoc; forte ἐν ἀλλήλαις. vel ἐπήμειβον,

βον, vt Il. ζ, 230. vel ἀντήμειβον. ὧν κυριεύσας ſc. ἐν παραδόσει, vt ait Eratoſth. l. c. cum in eo eſſent vt altera alteri traderet oculum. ἔφη δώσειν dedimus, quod libri habent. Aegius ex Schol. Apoll. ſubſtituerat ἀποδώσειν. ſane et infra ἀποδοὺς, ſed δοῦναι pro ἀποδοῦναι et alibi: ſic ſup. I, 9, 25. p. 70. δώσειν pro ἀποδώσειν. ἂν ὑφηγήσωνται emendauimus, cum vitioſe eſſet editum — ονται. Etiam Dorv. Reg. 3. Zenob. ſic. ἐπὶ τὰς Νύμφας. diuerſas adeo a Graeis, ſed ab aliis cum his confuſas. cf. van Swind. p, 80. Sic ſimpliciter αἱ Νύμφαι in anaglypho apud Pauſ. III, 17.

(p. 96. II, 4, 2.) κίβισιν. v. Heſiod. Sc. H. 224. in libb. κύβισιν. Vat. Dorv. Reg. 3. κισισιν. de ſcriptura ſatis actum a Gal. ad h. l. van Swind. p. 81. Graev. ad Heſiod. l. c. Heſych. h. v. Valk. ad Ammon. p. 196. ἣν φασὶν εἶναι πήραν. ſic e Med. ſcripſi, pro vulg. φασί τινες, ſed debebam totum hoc delere,

ex interpolatione haud dubie profectum cum sqq. omnibus inde a *Πίνδαρος* ad *τὴν τροφήν*. Alienum hoc est a reliqua breuitate Apollodori et a consilio, vt versus cum etymologiis interponat, nec sunt ea verba in Schol. Lycophr. 838. nec, quod grauius est, apud Zenob. v. Swind. p. 81. Illa *Πίνδαρος δὲ*, nullum sensum habent, sed scriptum fuit: *ἣν φασὶν εἶναι πήραν Πίνδαρός τε καὶ Ἡσίοδος*. Si Pindarus peram dixit *κίβισιν*, in deperditis hoc quaerendum erit. At Hesiodi versus sunt in Sc. Herc. 223. 4. praeclaro poetae loco: *occupabat totum tergum Medusae caput pera inclusum, tanta eius erat magnitudo.* Corruptelas in verss. habent codd. nostri: tam parum metri periti erant librarii: *πᾶν δέτι* Pal. *πᾶν δέτε* Dorv. Reg. 1. *κάρα* et *Γοργοῦς* abs. a Pal. et cett. codd. at totum hemistichium a Dorv. *εἴρηται δὲ παρὰ τὸ κεῖσθαι ἐκεῖ ἐσθῆτα καὶ τὴν τροφήν*, etymologiam hanc illustrauit van Swind. l. c. ductam *ἀπὸ τοῦ κίω*. Nam fuit olim

κῶ.

κῶ. κέω. κείω. κεῖμαι. κίω. Faber malit: ἢ βόσιν, τοῦτ' ἐστὶ τροφήν. vt originem vocis ſic cum grammaticis declaret: ἀπὸ τοῦ κεῖσθαι τὴν βόσιν. vnde κιβωτός. — εἶχον δὲ καὶ τὴν κυνῆν. inſeruerat Aegius e Schol. Apollon. τὴν Ἄϊδος κυνῆν. cf. v. Swind. p. 89. Rem declarat quoque anaglyphum ap. Pauſ. III, 17. p. 251. vbi etiam ſimpliciter τὴν κυνῆν. Eam non a Nymphis, ſed a Mercurio datam tradunt alii. v. c. Eratoſth. 22. Praeclarum priſci ſermonis ſpecimen, Orci galea, τοῦ Ἄδου, cum opus eſſet notione ea, qua quid viſui oculorum ſubtractum eſſe dicere vellent. Ἀίδης eſt *qui cerni nequit*; Orcum pugnantem videmus cum alibi tum in fabulis Herculis; ſed et omnes dii armis et curribus inſtructi; non aliter atque heroes. εἶχον δὲ, recepit tacite Commelin. e Pal. cui accinunt reliqui codd. Aegius dederat εἶχε δὲ, quod retrahere volebat Faber, qui non meminerat, Nymphas ſeruaſſe galeam. — τῶν Φορκίδων. de hoc nomine v. ſup. Not.

Not. p. 25. Fuere Aeschyli *Phorcides* drama: Eratosth. c. 22. quod caput latine factum in Hygin. Astron. II, 12. ἀποδούς. at alii oculum in Tritonidem paludem a Perseo abiectum, tradiderant. Eratosth. l. c. A Mercurio *harpen* (v. sup. Not. p. 12.) accepit Perseus. Aeschylus in Phorcisin a Vulcano datam dixerat. Erat scilicet et harpe haec Ἡφαιστότευκτος. cf. sup. Not. p. 52. — ὧν ἐσπούδαζε. sic e codd. resinxi cum Swindenio; ἐσπούδασε ed. Rom. et cett. ὑπ' ἄλλων δὲ οὐχ ἑ. Zenob. lenius. εἰς τὸν Ὠκεανὸν, pro ἐπὶ. κατὰ τὸν Ὠκεανὸν Schol. Apoll. l. c. Ornauit rem Quintus Paralip. X, 195-8. Apud Hesiod. Θ. 274. Γοργοῦς θ' αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο, ἐσχατιῇ πρὸς νυκτὸς, ἵν' Ἑσπερίδες λιγύφωνοι. si modo alter versus genuinus est, nec ex v. 215. confectus. Vetustiores videntur collocasse Gorgones in insula Oceani Atlantici (f. *Commentat Soc. Gott.* T. II. *de Theog. Hesiodi* p. 143. f.) at sequiores

in

in continente Libyes, vna cum Hefperidum hortis.

(p. 97. II, 4, 2.) μόνη δὲ θνητὴ fine ἦν Vat. bene. De vfu vocis ἐπὶ cf. fup. Not. p. 176. κεφαλὰς μὲν περιεσπειραμένας φολίσι δρακόντων. poeticam orationem redhibuit, pro περιεσπ. δρακοῦσι. δρακοντοφολίδας κεφαλὰς dixit Schol. Lyc. l. c. Sic fup. de Gigantibus φολίδας δρακόντων. v. Not. p. 68. 69. de voce περισπειρᾶν cf. Weffel. ad Diod. p. 291. ex communi tamen vfu effe deberet περιεσπειραμέναις φολίσι δρακόντων, nam περισπειρᾶσθαι v. c. draco arbori dicitur, h. περιπλεχθῆναι ταῖς σπειραῖς, vt fupra nofter loquebatur de Typhone p. 22. Sic et in verff. Eratofthenis (Heraclid. Alleg. Hom. p. 165.) πέντε δὲ οἱ (οὐρανῷ) ζῶναι περιηγέες ἐσπείρηνται (vtrumque fcil. mos tulit, et ἐσπείραμαι et ἐσπείρημαι.) Mox χρυσᾶς delendum arbitror; non habet vocem Schol. Lyc. 838. nec Schol. Aefchyl. Prom. 792. fed χεῖρας χαλκᾶς καὶ πτέρυγας. Prifco fer-

ſermone aenea ſunt, quae robur habent, ſeu ferrea. vt Stymphalides *σιδηροπτέρυγες* ex Timageto ap. Schol. Apollonii II, 1033. Zenob. ſimpliciter *καὶ χεῖρας καὶ πτέρυγας* memorat. *τοὺς δὲ ὀδόντας λίθους* Vat. aberrat. *κατευθυνούσης τὴν χεῖρα Ἀθηνᾶς.* in edd. erat *τὰς χεῖρας*, omnibus libris aduerſantibus. v. Swind. p. 96. *βλέπων εἰς ἀσπίδα*, tanquam in ſpeculum aereum. *ἐξέθορε*, retinuit vocem poeticam Heſiodi v. 281. vt et alii, etiam Sext. Empir. p. 272. *Chryſaor* Geryonis pater inf. II, 5, 10. et Heſiod. Θ. 280. 1. *ἐκ Ποσειδῶνος.* etiam Heſiod. v. 278. 9. putandum igitur eam grauidam ex Neptuno factam, ceruice reciſa cum ſanguine emiſiſſe fetum. Hinc Nicander Alexiph. v. 100. vbi perſeam a Cepheo datam Perſeus Mycenas ex Aſia attuliſſe narratur, *αὐχένα γονόεντα Μεδούσης* dixit.

ſ. 3. *ὁ μὲν οὖν.* excidit *οὖν* in ed. Par. — *ἐδίωκον, καὶ σ.* elegantius foret, *ἐδίωκον, συνιδεῖν δὲ οὐκ ἠδύναντο*, nec aliter Zenob.

Zenob. Nihil Apollodorus de sanguinis erumpentis sibilo, et inuenta a Minerua tibia memorat: qua de re Pind. P. 12. nec alia, quae Ouid. Met. IV, 613 sq. exponit. Insequentes Perseum Gorgones viuide narrat Auctor Sc. Herc. 288 sq. expressae erant in arca Cypseli ap. Paus. V, 18. p. 423.

Andromeda, cum *Cepheo* patre et *Cassiepea* matre, multis insignis est fabulis, (v. laudd. ad Hyg. f. 64. Schol. Lyc. 836. Conon c. 40. qui iam argutias interpretis attulit) quarum primum fontem Orientem fuisse non dubito: sed nullo modo fieri posse arbitror vt fila haec retexat quisquam. Attulit nuper nonnulla ad rem d'Anquetil (*Mem. de l'Acad. des I.* To. XL. p. 466.) Αἰθιοπίαν. ad Ioppen tamen rem gestam vulgo traditum a veteribus. Κασσιέπεια. Sic libri; editum erat Κασσιόπεια, quod et ab aliis scribitur: v. not. Hyg. P. A. II, 10. p. 443. Stav. Tractauerat fabulam hic expositam simili modo So-

V pho-

phocles in *Andromeda*, vt ex Eratosth. c. 16. et 36. disco; idem c. 17. excitat Euripidis *Andromedam*; cf. Schol. Arat. v. 179.

p. 99. (II, 4, 3,) *ὑποστὰς τὸ κῆτος ἔκτεινε.* forte suspiceris *ἐπιστὰς*, vt p. 97. *ἐπιστὰς ὁ Περσεύς.* et sic saepe alii v. c. Diod. IV, 27. l. 61. Sed et *ὑποστῆναι*, idem p. 258. l. 43. et sup. II, 1, 2. *Σάτορον δὲ ὑποστὰς ἀπέκτεινε*, vbi et ipse haerebam an *ἐπιστὰς* legendum esset. cf. Not. p. 248. Cepheus et Phineus fratres, sec. Euripidem, sup. II, 1, 4. p. 82. *ἐγγυώμενος.* Pal. cum prosapia *ἐγγενόμενος*, nec aliter Farnes. ap. Aegium, in quo et *πρῶτον.*

προσπεφευγυῖαν. emendaui cum Fabro et Galeo, addicente Schol. Lyc. 838. p. 94. pro *προπεφευγυῖαν.* *εἰσελθὼν εἰς τὸν βασιλέα.* Nota loquendi ratio, *ingressus in regiam*, quam interpretatur ex h. l. Abresch. in Aesch. Animadv. I, 34. p. 235. Schol. Lyc. l. c. *ἐλθὼν περὶ* (imo *ἐπὶ*) *τὴν οἰκίαν τοῦ Πολυδέκτου.* Zenob. tamen

πρὸς

πρὸς βασίλεια ἀπεστραμμένους; ſed ille nunc in modum emendandus: καὶ καταλαβὼν Πολυδέκτην συγκαλέσαντα τοὺς φίλους αὐτοῦ, πρὸς βασιλέα ἀπεστραμμένος (ipſe auerſo ore) τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος ἔδειξε. Sunt ea ex h. l. deſcripta, n quo nunc verſamur. Alioqui ſup. I, 9, 27. Medea εἰς τὰ βασίλεια τοῦ Πελίου παρελθοῦσα. et inf. II, 7, 3, p. 152. τὰ Ἱπποκόωντος βασίλεια. In ἀπεστρεμμένος vitium conſentiunt edd. et codd. hic et ſup. p. 97. συγκαλέσαντος τοῦ Πολυδέκτου τοὺς φίλους, ſc. ad concionem; ap. Schol. Apoll. l. c. *populum*. At ſeriores ad conuiuium rem deduxere. ἐν μέσῃ τῇ ἀσπίδι. Apud noſtrum ergo Gorgon in clipeo Palladis; non in thorace, n quo collocant alii, etiam Eratoſth. et ex eo Hygin. P. A. II, 12. Seriores et clipeum et thoracem Gorgone ornant. Pro ἀνέθηκε puto ſcrib. ἐνέθηκε. Schol. Lyc. l. c. ἐνέπηξεν. ὅτι καὶ δι' Ἀθηνᾶν. haud dubie δι' Ἀθηνᾶς, vt iam Faber em. Delendum quoque καί. Ex Euhemero

mero hoc narrat Hygin. l. c. Hinc Minerua Γοργοφόνος, vt in Orph. H. 31, 8. Mox lenius foret: Φασὶ δὲ καὶ, ὅτι π. κ. et Vat. ἠθέλησεν ἡ Γοργὼ ἀντισυγκριθῆναι. Ad rem cf. Schol. Pind. N. 10, 6.

ſ. 4. *Acriſii mors.* v. Pauſ. II, 16. Etiam haec, quae ſequuntur, Pherecydem auctorem habuere; v. Schol. Apollon. IV, 1091. Sophoclis fuit fabula οἱ Λαρισσαῖοι, quae hoc argumentum habuit, nam Acriſius in ea verba fecit. ἵνα Ἀκρίσιον. inſere τὸν Ἀ. et ſic Zenob. — Τευταμίου, a Τευταμίας. in codd. Τευταμία, caſus Doricus. At Teutamides Dionyſio Halic. I, 28. eſt ex Hellanico: Amyntoris f. Τευταμίδης. nec aliter Schol. Lycophr. l. c. διατιθέντος emendaui cum Fabro, vt et Zenob. habet; male vulgo: διατεθέντος. eſt hoc inter propria: διατιθέναι ἀγῶνα. πένταθλον. atqui illo tempore nondum erat. In Schol. Apollonii eſt: Perſeus ἀποδύεται εἰς ἀγῶνα, καὶ λαβὼν τὸν δίσκον δισκεύει. τὸ δὲ πένταθλον οὔπω ἦν, ἀλλ' ἰδίᾳ ἕνα

ἕκα-

ἕκαστον τῶν ἄθλων ἤθλουν. Certe in Olympicis ludis non niſi Ol. XVIII. acceſſit: Pauſ. V, 8. p. 344. Probabile inde ſit vitium in h. l. latere, et aut πένταθλον eſſe extrudendum, aut aliqua deeſſe. At diuerſa prorſus ratione mors Acriſii euenit apud Hygin. f. 63. ex Aeſchyli, niſi fallor, Polydecte: vbi ad Seriphum res et ludi referuntur, quo Acriſius acceſſerat, vt reperiret Perſeum cum Danae. Ludi ſunt in Polydectis honorem facti, ab eod. Hygino memorati f. 273. ſeptimo loco. παραχρῆμα ἀπέκτεινεν, mira vero res, ex pede contuſo aliquem illico mori. Apud Hygin. f. 63. diſcus in caput decidit; ita ſane ſubita mors inferri potuit. Mitſcherlich. in Ep. crit. p. 11. ἄκων ſubſtituere volebat, e Schol. Lycophr. Melius Kölerus coniiciebat κατὰ χρέος. Verum παραχρῆμα vocem aliunde veniſſe, nullus dubito; abeſt ea a Zenob. et a Schol. Lycophr. et Apollonii. Suſpicor petitam eſſe inf. ex II, 5. 4. de Pholo, vbi ſagitta venenata,

 manu

manu elapſa, ἦλθεν ἐπὶ τὸν πόδα, καὶ παραχρῆμα ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ceterum in Aegii codd. pro ἀπέκτεινεν erat ἀπέθανεν. ἔθαψεν. Fuit Acriſii ſepulcrum Lariſſae in acropoli in templo Mineruae: Clemens Coh. p. 39, 14. εἰς Τίρυνθον etiam hic codd. ἠλλάξατο ſc. τὴν βασιλείαν. ἀρχήν. κλῆρον. cf. Schol. Lycophr. l. c. Apud Eudoc. p. 106. eſt: πρὸς δὲ μέγα πένθος τὸν Προίτου, leg. πρὸς δὲ Μεγαπένθην. Mox προστειχίσας Μίδειαν καὶ Μυκήνας: praeter Tirynthem iam antea a Cyclopibus munitam, (II, 2, 1.) nunc muris M. et M. circumdedit, adeoque condidit, Megapenthes: Schol. Lycophr. προσέκτισε. Μήδειαν codd. ſed correxit Aegius ex Steph Byz. h. v. adde Pauſan. l. c.

ſ. 5. Πέρσης. Exciderat haec vox omnibus codd. Aegius ſuppleuerat eam ex Herodoto, ſed male ſcripſerat Πέρσην, vt iam monitum a Fabro et Galeo. Πέρσης etiam in Schol. Lycophr. l. c. 838. legitur; et ſequitur etymon prorſus

ex Callim. in Del. 102. et ex crisi ad Hesych. in Οἰκιάδης notus: Oleni, quae Achaiae erat, rex, Oecei f. Eius filiae Actoris filiis nupserant: Pauf. V,3. p. 380. inter eas nonnulli Deianiram retulerant, propter quam Eurytion fuit occisus. v. Hyg. f. 33. et not. ad f. 31. extr. p. 91. quae nostro *Mnesimache* est; Hippolyten tamen Diod. IV, 33. nominat: cf. ibi Wessel. Fuit olim tragoedia *Dexamenus* Iophontis, Sophoclis f. προςδεξάμενον libri exhibent; sed correxit iam in ed. pr. Aegius. Idem vitium in Anonymo, et olim in Diod. IV, 33. De *Eurytione* v. paullo ante f. 4. p. 121. extr. Sequitur autem noster Bacchylidem v. Schol. Od. Φ, 295. Aliter ipse Homer. e. l. et Pherecydes. Fuit et Hermesianactis elegia: Pauf. VII, 18.

f. 6. *Stymphalides aues*, palustres puta. Ornarunt fabulam poetae variis modis: erant σιδηρόπτεροι, et pennas pro sagittis emittebant; quod tamen noster scriptor non attigit. ἐν Στυμφάλῳ, recte,

ſte, *in ipſa vrbe:* vt e Pauſan. VIII, 22. intelligitur. ὄρνεις σ. ἄπλετοι. Apud Diod. IV, 13. ὀρνίθων πλῆθος ἀμύθητον, etſi idem ἄπλετον πῦρ dixit alio loco IV, 21. ἄπλετον μέγεθος noſter ſup. I, 6, 3. pr. Legebatur tamen h. l. πλωΐδες, quod Aegius intulerat ex Apollon. II, 1054. vbi tamen veriorem lectionem πλωάδας eſſe poſt Erneſtium docuit Brunk. V. C. ex Etymol. M. vt ſint dictae quaſi a natando, quia aquatiles erant. Tollere Aegianam lectionem iuſſerat iam Weſſel. ad Diod. l. c. Mallem eundem monuiſſe de ſequ. τὴν ἀπὸ τῶν λύκων ἁρπαγὴν δεδοικυῖαι. non enim aſſequi licet, quomodo aves a lupis infeſtari potuerint, ſi vel maxime paluſtria loca eas inhabitaſſe dixeris, quas στρουθοὺς appellat auctor Anaglyphi Farnes. Accolis quidem ea loca propter lupos inacceſſa eſſe potuere, at quomodo alitibus? an fuit κίρκων? ἱεράκων? γυπῶν? ab his tamen quomodo domari potuere alites tam feri, vt et ἀνδροφάγοι dictae ſint

Pauſ.

Pauf. l. c. Sed funt plures forte narrationes veterum confufae, vt primaria quae fuerit haud facile affequare. χάλκεα κρόταλα: Anonymo Ἡφαιστότευκτα cf. fup. Not. p. 52. add. Schol. Apollon. II, 1057. (quem exfcripfit Eudoc. p. 213.) vbi ipfe poeta πλατάγην χαλκείην dixit, et fic Pherecydes, Diodor. l. c. et Etymol. M. At ap. Strabon. et Pauf. τύμπανα funt. Secundum alios occiduntur aves ab Hercule; quod autem fugantur, a Pifandro Camirenfi novatum effe, ex Paufania difcas l. c. Traduxere mox alii Stymphalides ad Argonautica, easque ab Hercule in fugam coniectas collocarunt in infula Aretiade in Ponto Euxino v. Apollon. II, 1058 fq. add. Etym. M. in λισσὴ et in Στυμφαλίδες. cf. Intpp. Hygin. p. 84. Sequutus erat hoc idem Euripides in Phrixo, vt intelligas ex Schol. Apollonii. ἐπί τινος ὄρους, quod res poftulabat, refinxi, cum Anonymus fuccineret: pro vulg. ὑπό. Apollon. l. c. 1058. δούπει ἐπὶ σκοπιῆς περιμήκεος. refinxi

finxi quoque παρακειμένου pro περικειμένου, mox eundem Anonymum ita legisse vidi. ἀνίπταντο. Anonym. ἀφίπταντο, quod praefert Galeus. At illud doctius; *euolarunt*, non *auolarunt*, nam transfixae fuere sagittis Herculis. Apud Apollon. et alios tantum *fugantur*, vt diximus; αἱ δὲ φέβοντο τηλοῦ.

f. 7. *Taurus Cretensis.* Haec, vt cetera, repetit Tz. Chil. II, 293 sq. Etiam hunc ex Luna decidisse putarant alii. v. (Nemesian.) Laud. Herc. v. 120. *taurus medio nam sidere lunae progenitus Dictaea Iouis possederat arua.* vbi v. Wernsdorf. V. C. φησὶ reposui pro vitioso φασὶ, vt iam Fab. monuerat, et erat in Medic. ὅτι καταθύσειν. haud dubie ὅτε, et nunc video codd. Med. Vat. D. accedere. De hoc Minois tauro v. inf. III, 1, 3. caussam, cur Cretae immissus esset, alii reddiderant hanc, quod, cum mari potens esset Minos, nullo tamen praecipuo honore haberet Neptunum: Paus. I, 27. p. 66. Verba ὅτι καταθύσειν

vsque

vsque ad θαλάσσης absunt ab ed. pr. sed librariorum incuria, nam Aegius in emendandis supplet. Contra in sqq. aliquid excidisse suspicabatur Gale, quod suppleri possit ex inf. loco IV, 1, 3. ex Anon. et Zenob. IV, 6. enimuero pleniora quidem ibi inuenias, sed breuitatem Apollodorus pro consilii ratione recte sequitur. Malim tamen Φασὶ δὲ θ.

(p. 126. II, 5, 7.) ἐπειδὴ λαβεῖν ἀξιοῦντι (stellula apposita iam in ed. Rom.) Μίνως εἶπεν αὐτῷ legebatur antea corrupte; nec aliter mss. Sed ἠξίου scriptum fuisse, obuia res est, quam videre quoque Faber et Gale. *Cum Hercules vt capere liceret taurum peteret, Minos permisit ipsi vt caperet taurum, si perdomaret.* Alioqui potuisset locus etiam sic refingi: *Hercules*, ἐπειδὴ λαβεῖν ἀξιοῦντι Μίνως εἶπεν αὐτῷ λαμβάνειν διαγωνισαμένῳ, λαβὼν πρὸς Εὐρυσθέα διακομίσας ἔδειξε. Breuius Anonymus: Μίνως δὲ λαμβάνειν ἠξίου τὸν διαγωνισόμενον. Apud Diod. IV, 13. est Μίνω συνεργὸν λαβὼν Hercules, vnde possis

poſſis ſuſpicari h. l. συλλαμβάνειν fuiſſe ſcriptum. Verum diuerſi potuere eſſe fabulandi modi. καὶ τὸ λοιπὸν, immo ὃς vel ὁ δὲ ſc. *Euryſtheus.* et ſic Anonymus, ὁ δὲ ἄνετον εἴασε. Tz. II, 298. ὅνπερ ταῦρον Εὐρυσθεὺς ἀπόλυτον ἀφῆκεν. ſequitur tamen ſtatim aliud ὁ δὲ, itaque mihi temperaui, ne quid mouerem. ὁ δὲ πλανηθεὶς Σπάρτην τε καὶ Ἀρκαδίαν ἅπασαν, καὶ διαβὰς τὸν Ἰσθμὸν, εἰς M. male laxa oratio. Supplendum erit ἀνὰ Σπάρτην, vt ſup. II, 2, 2. de Proetidibus: ἐπλανῶντο ἀνὰ τὴν Ἀργείαν. Sed Sparta hic parum commode memoratur, cum regio commemoranda eſſet; Faber pro Laconica dictam putabat; tamen vel ſic a Mycenis viam verſus Iſthmum per Argolidem ducere crederes. Scilicet verba ſunt inepti interpolatoris; quibus omiſſis detergetur loco ſqualor ſuus, et ſententia procedit leniter ſatis: ὁ δὲ πλανηθεὶς καὶ διαβὰς τὸν Ἰσθμὸν, εἰς M. Hinc Cretenſis ille factus eſt *Marathonius* taurus, de quo v. inf. III, 15, 7. add. Pauſ. l. c.

 ſ. 8.

ſ. 8. *Diomedis equi.* Attigerat hanc narrationem Hellanicus, quem laudat Steph. in Ἄβδηρα. Mater *Cyrene* diverſa a Penei f. ab Apolline amata, nec aliunde nota. Duo Diomedes agnoſcere videtur auctor Anaglyphi Farneſiani, l. 77. το ενθενδε (ita leg.) επι Θρακαν στρατευσαμενος Διομηδην εφονευσε και Θρακας εκυριευσεν. Αινοντε λαβων (Apollod. p. 131.) Σαρπαδονα τον αρχοντα απεσφαξε. και Θασον ἑλων (Apollod. p, 131.) . . . . (f. Σθενελῳ) και Αλκαιῳ παρεδωκε. Τορωναντε ειλε, Πολυγονον και Τηλεγονον απεκτεινε. (ibid. p. 132.) πολιντε Αβδηρα επι Θρακας Ηρακλης ωκισε του Θρονικου υιου επωνυμον Αβδηρου. (p. 127.) interpoſitis inde aliis l. 102. ab Amazonibus redux (μετα) τουτο δε επι Θρακαν στρατευσαμενος Διομηδην εφονευσε. pergit inde de Amyco narrare. τοὺς ἐπὶ ταῖς φάτναις, quod ex more ſcribendum putes, habet Anonym. vt ὑπάρχοντας aliunde inſertum videri poſſit; intelligendi ſerui ſtabularii. *Abderus* Ἑρμοῦ παῖς. reuocaui hoc

hoc ex libris; legebatur Ἡρίμου, quod inuitis codd. male receperat Aegius ex Steph. in Ἄβδηρα, vbi Ἀβδηρίτου ex h. l. emendandum esse Ἀβδήρου monitum iam a viris doctis; Ap. Tzetzam l. c. v. 304. est Ἡρίνου. In Anaglypho Farnesio, vt paullo ante vidimus, est *Thronici* filius; *Thronium* Locrorum vrbs est, adeoque conuenit patris nomen, cum Abderum Locrum fuisse prodat ipse Apollodorus. ἐπισπασάμεναι. ne malis διασπασάμεναι, cogites equos puerum, qui adstabat, arreptum ad se attraxisse, vt manderent. Sic Hercules ἡμίβρωτον φέρει ἀποσπάσας ἀπὸ τῶν ἵππων apud Philostr. Imagg. II, 25. Latonam Tityus vim illaturus ἐπισπᾶται sup. I, 4, 1. p. 13. κτίσας πόλιν Ἄβδηρον. Stephan. Byz. in Ἄβδηρα: Ἔφορος καὶ τὴν πόλιν Ἄβδηρόν φησιν. Communior forma τὰ Ἄβδηρα, vt in epitome Strabon. VII f. vbi etiam ab Abdero amasio nomen repetitur. Anonym. cum Tzetza: τὴν Ἄβδηραν, vt Latini *Abderam* dicunt. Αὔδηρον in libb. ex more

ſcribitur, vt in aliis voc. Factum inde in Med. et Vat. ἄνδηρος. τὰς ἵππους κ. ſcripſi cum Pal. eodem genere vtebatur antea. εἰς Ὄλυμπον ἐλθοῦσαι. Anonym. ἀπελθοῦσαι. Apud Diod. IV, 15. Euryſtheus equos conſecrat Iunoni. Alii Herculem *Argos* eas perduxiſſe tradiderant apud Gell. III, 9. ſed hoc intell. in Argolidem, adeoque Mycenas ad Euryſtheum.

ſ. 9. *Amazones* victae et *Hippolyte* cingulo ſpoliata. v. Diod. IV, 16. qui pugnam Amazonum copioſius expoſuit cf. ibi Weſſel. et Intpp. ad Hyg. f. 30. p. 86. 87. In Anaglypho Farneſ. poſt Abdera condita l. 87. expeditioni in Amazonas praefiguntur haec: Boreae filios, Calain et Zeten, interfecit Hercules, μετα τοδε επι Σκυθιαν διαβας Αραυ. . . . μαχῃ ενικησε, τῃ δε θυγατρι αυτου συγγενομενος Εχιδνῃ (Echidnae cum Hercule congreſſus ex anaglypho muſei Albanii per Abb. Raffeum innotuit.) υιους Αγαθυρσον εθετο και Σκυθαν (Herod.IV,9.) (μετα) τοδ' επ'

επ' Αμαζονας ηλθε, και επι τον Θερμωδοντα ποταμον et paucis interiectis corruptis l. 98. και Φονευσας Ιππολυταν. και ταν αυτης πολιν Ηρακλης ελων Αμαζονας εξεβαλε, και Ελληνας εν αυτη κατῳκισε. de quibus quidem aliunde nil conſtat. In eod. monumento mox l. 115. Hippolyten Theſeus duxiſſe dicitur; ſed lapſu ſculptoris id factum arbitror, cum Antiopen incidere vellet; etſi ſecundum alios v. c. Pauſan I, 41. Hyppolyten copias in Atticam duxiſſe bene meminerim. Amazonum nomen et fabula, obſcurae originis, nec forte niſi a populari fama profecta, poetis Cyclicis multa carminum ornamenta praebuit in Argonauticis, tum in rebus Herculis; adoptauerunt porro eas fabulas poetae, qui bellum Troianum poſt Homerum expoſuere, apud quos clarum nomen Pentheſileae eſt: etiam in Bacchi fabulis Amazones in argumenti partem venere: v. c. Pauſ. V, 1. p. 525. Magnum imprimis earum nomen in Theſei rebus, nam hunc Herculis comitem profectum

 prae-

praemium virtutis Antiopen tulisse, mox Amazonas Atticam ingressas expulisse fabulati erant sequiores poetae; antiquiores scriptores, Pherecydes, Hellanicus, Herodorus, quantum ex Plut. in Thes. p. 12. A. B. assequi licet, de Theseo nihil horum meminerant, vnde nec noster scriptor ea attigit. In his igitur historiarum fidem aut vestigia nemo quaesiuerit. Obscurae originis fabulam esse dixi; in Asia eam ortum habuisse ex eo suspicor, quod Laomedon in iuuenilibus annis aduersus eas pugnauerat inter Phryges Il. γ, 184. 9. et Bellerophon eas ex Lycia profectus debellauerat, sup. II, 3, 2. Visas igitur in pugnis cum barbaris esse feminas arma tractantes probabile fit: sed quae praeterea afferuntur, a Petito collecta aut recentiorum somnia, moram facere non debent. v. inpr. Strabo lib. XI. p. 769 sq. (504.) stolide pro historiis omnia venditat Diodor. II, 44, sqq. cum Iustin. II, c. 4. Ceterum hic Apollodori locus est inter classicos de Amazoni-

zonibns. εἴων post ἀριστεροὺς excidit Vat. sed laeuas mammas reliquerunt intactas ad alendos lacte infantes. Notandum vero, quod sequitur, balteum Martis pro insigni regiae dignitatis inter Amazones fuisse. *Admeta*, Eurysthei filia: de qua sacerdote Iunonis Samiae v. Athen. XV, 4. p. 672. fugerat illa Argis: praecessit itaque id, quod non minus traditur, Iunonis Arginae sacerdotem eam fuisse: Syncell. in Chronogr. p. 172. ed Par. Ἀδάμαντα (Ἀδμάτα) θυγάτηρ Εὐρυσθέως ἐν Ἄργει ἱεράτευσεν ἔτη λή. subiungit, eas, quae inde ab ea sacerdotes fuere, Φαλίδας dictas; qua de re aliunde non constat. In Anaglypho Farnesio verba: Ηρας Αργειας ιερεια Αδματα Ευρυσθεως και Αδματας τας Αμφιδαμαντος ετι. . υτο (f. ἀπάρξατο pro ἀπήρξατο. Corsinus em. ἔρξατο. at enim est ἔρξαι sacra facere, non ἔρξασθαι) adscripta sunt in basi arae, cui adstant hinc femina, inde dea alata, seu Victoria seu Genia, vinum in pateram per colum

ſeu infundibulum libantes: vt adeo Eu-ryſthei filia prima hic habeatur, quae Herculi tanquam heroi ἐνήγιζε. De honorum diuinorum Herculi habitorum origine v. inf. c. 7, 7. extr. Ceterum Schol. Lyc. 1327. locum Apollodori ante oculos habuit. συμμάχους, in his, vt ſupra monitum, Theſeum, cf. Meziriac. p. 318. et Telamonem. v. Pind. N. 3, 65. vbi cf. Schol. et Schol. Lycophr. 1327. vbi verſus veteris poetae notandi. *Paron* inſulam a Cretenſibus primo fuiſſe occupatam, vetere fama conſtitiſſe videtur, qua res ad Minoem ac Rhadamanthum referebatur; Apud Diod. V, 79. Alcaeo, qui e ducibus erat, ea tradita fertur ab hoc altero; (cf. *Nov. Comment. Soc. Gött.* T. I. P. II. p. 74. Comment. de Caſtoris Epochis) At apud noſtrum Alcaeus Androgei eſt filius, Minois nepos, et tenent Paron quatuor alii Minois filii, ab Hercule mox occiſi. Alcaeus cum Sthenelo Thaſum ab Hercule accipit in ſqq. p. 131. 2. ἣν κατῴκουν. ſcri-

ptum

ptum erat καὶ, ignoratione compendii. Faber coni. ἐν ᾗ. ſuſtuli quoque καὶ quod ante Χρύσης erat, auctoritate Oxon. forte et aliorum, accedente. In ſqq. luxata eſt oratio, nec tamen ſine codd. medela expectanda. Videtur fuiſſe: ὑπὸ τούτων τῶν ἐν νηῒ δύο συνέβη τελευτῆσαι. ὑπὲρ ὧν ἀ. cum peccatum eſſet a librario, vt ſcriberet ὑπὸ πάντων, turbatum eſt in reliquis, et inſertum forte ex margine ὑπὸ τῶν Μίνωος υἱῶν. Minus ſe mihi probaret, qui legere vellet: ἀπαντώντων δὲ αὐτῶν, τῶν ἐν ν. vel ἀποβάντων δὲ, ſeu ἐκβάντων, τῶν ἐν νηῒ δύο σ. τοὺς δὲ λοιποὺς, videntur intelligendi reliqui Parii.

(p. 129. II, 5, 9.) ἀνελόμενος. ſenſus eſſe debet, *cum elegiſſet*, ἐξελόμενος. ἑλόμενος. Paullo ante pro οὓς ἂν, quod in ed. Par. eſt ὃς ἂν vitium eſt typogr. — Λύκον τὸν Δασκύλου. Sic Apollon. l. c. 778. in Aegii libb. δασλύκου. apud Tz. II, 313. III, 809. Δηϊπύλου. Mox editum erat καὶ ξενισθεὶς ὑπὸ Ἀμύκου τοῦ

Βεβρύκων βασιλέως. abſurde, nam ab Amyci ingenio hoſpitii illa humanitas multum aberat. Incluſerat vncinis voc. Ἀμύκου Commelinus, et exulat illud a libb. omnibus. Itaque equidem eieci et ſtellulas appoſui. Amycus Bebrycum rex bello aggreſſus erat Lycum Mariandynorum regem; cui auxilium ferens Hercules, Lyci hoſpitio exceptus, Bebrycas fugauit. Geſta haec ante Argonautarum aduentum. Loc. cl. Apollon. II, 777 ſqq. et Schol. ad 782. Attigit haec, ſed diuerſas narrationes ſequutus, Auctor Anaglyphi Farneſiani hunc in modum. l. 102. (μετα) τουτο δε επι Θρακαν (f. Θρᾳκας) στρατευσαμενος Διομηδην εφονευσε (diuerſum, vt diximus, ab eo, quem equorum immanitas infamem reddidit). Καστορα δε και Πολυδευκη Ηρακλει συναπλουντας Αμυκον δε νικας εκ. . . αι μειλητον Βεβρυκων βασιλεα (f. Κάστωρ δὲ καὶ Πολυδεύκης Ἡρακλεῖ συμπλοῦντες Ἄμυκον ἐνίκασαν τὸν ἀμείλικτον Βεβρύκων βασιλέα). Simpliciſſima ratio reſtituendi Apol-

Apollodori lectionem esset: καὶ ξ. ὑπ' αὐτοῦ, τοῦ Βεβρύκων βασιλέως εἰςβαλόντος εἰς τὴν γῆν, βοηθῶν Λ. sed intercidit versus vnus et alter. βοηθῶν λύκων Dorv. perperam. *Mygdonem* Amyci fratrem Hercules interfecit, ipse Amycus ad Argonautarum aduentum est seruatus. v. sup. I, 9, 20. In codd. est Μυγάονα, nec aliter Tz. v. 314. vt adeo vetus sit vitium; (etsi idem Chil. III, 810. Μυγδόνα habet) at emendauit Μύγδονα Aegius ex Schol. Apollon. seu potius Μυγδόνα, vt scribitur ibi et apud Strabon. et al. etiam Μυγδόνες. Pro eo autem ipsos Mygdonas alii narrauerant, vt et ap. Apollon. l. c. 789. lectio vetus erat: v. Schol. Ceterum diversus ab hoc Mygdone habendus alius Mygdon, qui in copiis Phrygum erat aduersus Amazones ductis, cum Priamus in prima aetate constitutus ipse bello interesset Il. γ, 186. vbi in Schol. ille vel Dymantis f. Hecubae frater, vel Acmonis f. editur. Scilicet saepe poetae regis nomen cum ignotum esset, a po-

populi nomine petierunt, adeoque Mygdon editur is, qui Mygdonum rex erat. — *καὶ τὴν Βεβρύκων πόλιν ἀποτεμόμενος, γῆν ἔδωκε Λύκῳ.* qui verba ſic conſtituerunt, crediderunt, *ἀποτέμνεσθαι* eſſe *vrbem excidere*; at hoc eſſet *τέμνειν*. Contra *ἀποτέμνεσθαι* eſt *adimere*, vel ademtum, detractum, agrum aliis *aſſignare*, Docet quoque narratio ap. Apollon. l. c. 788. et 796. vbi ipſa voc. *Δὴν ἀποτεμνόμενος γαίης ἅλις*, agrum Bebrycibus ademtum datum eſſe Lyco: eundem poſtea iterum Lyco ereptum repetiit Amycus v. 794. Legendum adeo haud dubie in noſtro: *καὶ τὴν Β. πολλὴν ἀποτεμόμενος γῆν ἔδωκε Λύκῳ.* *magnam agri partem Bebrycibus ademtam dedit Lyco.* *Heraclea* haec Pontica, in Bithynia, nobiliſſima vrbs, ad magnos olim opes euecta, ſuis quoque fabulis et hiſtoriis inclaruit: de his v. fragm. Memnonis apud Photium; fabulae autem confuſae cum aliarum vrbium eodem nomine inſignitarum fabulis: fuit inter eas in primis Herculis iter ad

Ama-

Amazonas varie ornatum et tractatum teste Schol. Apollon. II, 780. Tzetzae stuporem, ex h. l. natum, vide notatum in Misc. Obss. Vol. V. T. III. p. 51. 52. Cum *Heraclea* vrbs esset in illo agro condita, (late autem ille patuit, siquidem Mygdonibus, Bebrycibus et Paphlagonibus ademtus esse narratur ap. Apollon. v. 788. sq.) mirum videri potest, quod h. l. est ὁ δὲ πᾶσαν ἐκείνην ἐκάλεσεν Ἡράκλειαν. Scilicet non nunc vrbis, serius in hoc solo conditae, nomen memoratur, sed *ager* dictus est *Herculeus*, ἡ χώρα Ἡράκλεια, ante vrbem condendam.

καταπλεύσαντος δέ. Alii narrationem sic adornarunt, vt pedestre faceret iter per Asiam Hercules: v. Apollon. l. c. 780. et ibi Schol. Sequentia in compendium redacta a Zenob. V, 33. p. 127. 8. καταπλεύσας Pal. D. Med. Vat. Reg. 3. εἰς τὸν ἐν Θεμισκύρᾳ λιμένα refinxi, cum vulgo esset εἰς τὸν Θεμισκύραν λιμένα. Galeus emendabat Θεμισκύρας, quod defendi potest, cum et Schol. Lycophr.

1327.

1327. ita ſcribat. Sed in libb. Aegii erat τὸν ἐν μισκύρα· ſic et Reg. 3. et niſi fallor Dorv. quoque habuit. Nam Pal. τὴν εὐμισκύρα. Vat. et Med. τὸν ἐν μισάρα. Mox erat καὶ ante παραγενομένης, quod expunxi cum Oxon. Vat. Reg. 3. ὡς αὐτὸν ſuppeditabat Dorv. Ox. Reg. 3. pro εἰς α. De pugna plura ſunt ap. Diod. IV, 16. καὶ δώσειν τὴν ζ. ὑπισχν. verba e trinis codd. addidiſſe ſe ait Aegius; in aliis adeo deerant. ἐκ δόλου ex Aegii emend. legimus: codd. corrupte ἐκ δήλου. Ἱππολύτην κτείνας. alii aliter, vt diximus. v. ad Hygin. f. 30. p. 86. 87. Weſſel. ad Diod. p. 262, 16. inpr. Apollon. II, 968 ſq. et ib. Schol. ad v. 780. Notat diſſenſum laudato Apollodoro Schol. Lycophr. 1327. Coma prehenſam de equo deiicit reginam Hercules ap. Quintum XI, 244. vt in Anaglyphis res expreſſa.

ὕβριν πειράσαι. Vat. πειρᾶσθαι. Vulgarior narratio eſt, Apollinem et Neptunum θητεῦσαι Laomedonti; ſic ipſe Hom.

Hom. Il. φ, 442; idque in poenam impietatis, quod Iouem vincire voluerant v. Schol. c. l. Schol. Lycophr. 34. Idem ad v. 393. verſus Heſiodi ἐκ τῆς Ἡρωϊκῆς γενεαλογίας affert hos: ἤματι τῷ, ὅτε τεῖχος εὐδμήτοιο πόληος ὑψηλὸν ποίησε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων. ὑπέσχοντο repoſui cum Pal. Med. Vat. Veſ. Male expreſſum erat ὑπέσχετο. ἀναφερόμενον ὑπὸ πλ. ſeu cum aeſtu maris inundata littorum planitie prodibat in interiora terrae bellua, ſeu quod exaeſtuare mare fecerat Neptunus: fere vt ſup. in Andromedae fato II, 4, 3. p. 98. ὁ δὲ προὔθηκε. f. ὅγε. προσθῇ male erat editum. ποινὴν τῆς Γανυμήδους ἁρπαγῆς. *pretium* hoc Troi datum erat. v. Hymn. in Ven. 211 ſqq. Ex iis equabus Aeneae equi ſati: Il. ε, 265. τῆς γάρ τοι γενεῆς, ἧς Τρωΐπερ εὐρυόπα Ζεὺς δῶχ', υἷος ποινὴν Γανυμήδεος. Pro equis alii in Cyclicis vitem auream ſubſtituerant, v. Schol. Or. Eurip. 1399. ἃς Ζεὺς ſine ὁ Reg. 3. Ceterum de *Heſione* fabula

bula variis modis tractata occurrit; aliter in Heracliis, aliter in tragicis. Apollodoro cum Hellanico conuenit, e quo ſua petiit Schol. Il. *υ*, 145. v. Diod. IV, 42. Hyg. f. 89. et ib. not. Schol. Lycophr. 34. quem aut ſimiles ſequutus eſt Iſaac. Porphyrog. in Poſthomer. ap. Allat. Excerpt. Var. p. 274. ex eod. et Schol. Il. l. c. Eudoc. p. 344. vbi in verbis *ὡς κεχηνὸς ἐποίει τὸ κῆτος* leg. *ἐπήει*, *accedebat*, ſtans ſcilicet Hercules ex alto belluae os inſiluit, triduoque ibi exacto viſceribus ferro reciſis ſaluus euaſit. Seruauit rei memoriam murus apud Ilium: de quo Il. *υ*, 145 ſqq. *ἀπειλήσας.* minas exſequitur inf. c. 6, 4. *καὶ προσίσχει.* f. *προσίσχεν.*

Aenus haec Thraciae vrbs eſt ad Hebri oſtia, ad quam, Troia exciſa, Aeneas appuliſſe narratur; v. Virgil. T. II. p. 340. cf. in Apollod. fragm. Geograph. *Αἶνος*, vnde conſtat a Poltye eam olim Poltymbriam dictam. In Anaglypho haec narrantur poſt Diomedem caeſum v. ſup.

ſup. p. 370. Αἶνον δὲ λαβὼν, Σαρπαδόνα τὸν ἄρχοντα ἀπέσφαξε, καὶ Θάσον ἑλὼν Σθενέλῳ καὶ Ἀλκαίῳ παρέδωκε, Τορώναν τε εἶλε, Πολύγονον καὶ Τηλέγονον ἀπέκτεινε. ἐπὶ ἠϊόνος τῆς Αἰνίας. Male Dorv. Veſ. Reg. 3. Αἰνείας. Steph. Byz. in Αἶνος. τὸ ἐθνικὸν Αἴνιος, ὡς Τήνιος. οὕτω γὰρ γράφεται ἐν τοῖς Πίναξι. *Androgei filiis*, Alcaeo et Sthenelo in inſula Paro captis ſ. 9. p. 129. ὁρμηθεὶς, ſic ratio fert, cf. Oudendorp. ad Thom. Mag. p. 657, nec aliter M. V. D. ὁρμησθεὶς erat in ed. Rom. ὁρμισθεις rel. *Protei ſedes* in Pallene Theſſaliae paſſim memorantur; vnde conceſſit aliquando in Pharum inſulam in Aegypti littore: Lycophr. 115. De eius filiis ex Torone nympha v. Schol. ad v. 124. quem exſcripſit Eudoc. p. 348. inpr. v. Conon. 32. Pro Polygono Tmolus eſt in Schol. Lyc. et in Tz. Chil. II. 321.

ſ. 10. *Geryonis armenta* ex Erythia abacta. Praeter laudatos ſupra, et ad Hygin. f. 30. p. 87. egerat de his Steſichorus in Geryonide, e qua ſuperſunt

fragmenta. De iisdem Herodorus lib. X. vt ex Conſtant. Porphyrog. de Them. II, 23. colligo. Nec Pherecydes ea praeterierat; vt patet ex Macrob. Sat. V, 21. extr. ἐτάγη. f. ἐπετάγη. et ſic mox ſ. 12. Γηρύων, Γηρυονεὺς, et Γηρυόνης Schol. Heſiod. p. 310. *a*. cf. Verheyck ad Ant. Lib. p. 27. Ἐρυθίας Dorv. male. Erythiam h. l. Apollodorus pro eadem inſula cum Gadibus habet, Pherecydem ſequutus, vti ex Strab. III. p. 221. B. patet. Nam alii ſagaciores Erythiam inſulam inter Gades et continentem ſitam fuiſſe viderunt, quae nunc littori adhaeſit. v. Strab. l. c. et p. 257. c. At illud mirum eſt, quod *prope ad Oceanum* inſula ſita eſſe dicitur: Ἐρύθεια δὲ ἦν Ὠκεανοῦ πλησίον κειμένη νῆσος. At illa erat πλησίον τῆς γῆς, (Iberiae,) ſita. Num parum docte crediderunt quidam ad Oceanum amnem ſitam inſulam, tanquam vrbem ad flumen? Apud Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. 64. τὰ Γάδειρα δὲ νῆσος πλησίον τοῦ ὠκεανοῦ. Apollodori tamen nul-

nullum aliud in eo loco veſtigium. Poſſit aliquis ſuſpicari verba Herodoti IV, 8. fraudem feciſſe, vbi Γηρυονέα δὲ οἰκέειν — Ἐρύθειαν νῆσον, τὴν πρὸς Γηδείροισι τοῖσι ἔξω Ἡρακλήίων στηλέων ἐπὶ τῷ Ὠκεανῷ. quaſi ἐπὶ ſit *prope*, in ipſo Oceani aditu. Vertitur nunc, magis ſcite vtique, *in Oceano.* Cum tam parum clarae ac certae notiones veterum eſſent ſuper Oceano, non mirum eſt, eos parum accurate verba hac in re adhibuiſſe. Apud Heſiod. Heſperidum horti et Gorgonum ſedes πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο ſitae. Θ. 215. 274. quod tamen non ita accipiendum eſt, vt nos de America diceremus vltra oceanum ſita, vt is interiectus ſit, ſed vſus loquendi tulit, vt eſſet ſimpliciter: in alto, *in Oceano.* Ita apud Homer. Il. β, 126. inſulae Echinades ſitae ſunt πέρην ἁλὸς Ἤλιδος ἄντα, h. e. in mari, maris parte interiecta. cf. Il. ω, 752. Freto quidem anguſto disiunctam Erythiam iam Heſiodus cognouiſſe videri poteſt Θ. 292. vbi Hercules *abigit*

boues διαβὰς πόρον Ὠκεανοῖο. sed non *fretum* hoc declarat, verum poetica forma eſt pro διαβὰς Ὠκεανόν. Aliud exemplum inſcitae et obſcurae orationis eſt in ipſo Periegeta, qui ait ſe incipere velle ἀφ' ἑσπέρου Ὠκεανοῖο, ſtare ibi Herculis columnas περὶ (πρὸς) τέρμασιν, παρ' ἐσχατόωντα Γάδειρα. Euſtathius ad τέρμασι, ſupplet τῆς γῆς. Habuit is in manibus locum Stephani Byz in Γάδειρα, ſed pleniorem, quam nunc ille habetur: legitur enim nunc: πόλις καὶ νῆσος ἐν ὠκεανῷ. Sane hic loquendi modus, ἐν ὠκεανῷ ſitas eſſe inſulas, eſt maxime ſollennis. At idem Periegeta v. 454. Gades ait eſſe inſulam ἐπὶ τέρμασιν Ὠκεανοῖο, quod Euſtath. interpretatur τοῖς πρὸς τῇ ἑσπερίᾳ δηλονότι θαλάσσῃ. nec magis docte Schol. Heſiodi p. 257. ὄνομα νήσου περὶ τὸν Ὠκεανόν. Ferrem ſi de vrbe ageretur, ea poteſt eſſe ἐπ' Ὠκεανῷ. vt πρὸς Ὠκεανῷ Tarteſſus ap. Heſych. in γαλῆ. Vt tandem ad Apollodorum redeamus, aut indocte ille ſua

elo-

eloquutus eſſe videri debet, aut verba ſunt corrupta, cum fuiſſet: Ἐρύθεια δὲ ἦν ἐν Ὠκεανῷ, πλησίον τῆς Ἰβηρίας κειμένη, νῆσος, aut interpunctione ſaltem verba adiuuanda ſunt: Ἐρύθεια δὲ ἦν Ὠκεανοῦ, πλησίον κειμένη, νῆσος. vt ſit νῆσος Ὠκεανοῦ, etſi quam durum hoc ſit, bene ſentio. *Geryon*, Chryſaoris (ſup. II, 4, 2. f.) et Callirrhoes f. Eſt haec inter Oceanides v. c. Hymn. in Cerer. 419. De vtroque cf. Heſiod. Θ. 978. ſq. 287 ſq. ἐσχισμένον τε malim δὲ, male edd. ἐσχιμένον. inferius erat vnum corpus, ſed inde a femoribus et ilibus, quoad ſuperiora erat triplex, adeoque tria pectora erant et tria capita, cum ſex brachiis et ſex pedibus; vt expreſſe Steſichorus in Schol. Heſiod. p. 256. b. *Heinſ.* quem exſcripſit Eudoc. p. 214. — Φοινικᾶς ſcripſi ex Φοινικέας. vulgo Φοινικὰς, Anonym. Φοινικᾶς, etſi veteres Grammaticos, et ipſum Etymol. M., in hac voce argutatos eſſe nouerim, quaſi a Φόνος duci poſſet. *Eurytion* iam

apud Hesiod. Θ. 293. Martis et Erythiae filius; vt ex Hellanico Schol. ad e. l. prodit. Erythiam filiam Geryonis agnoscunt quoque Pausan. et Steph. Byz. h. v. Ὄρθρος, Anonym. Ὄρθος, vt alibi corrumpi solet, v. ad Hygin. p. 87. ad Sil. Ital. XIII, 845. etiam Ὦρος, vt apud Palaeph. Natus is ex Typhone et Echidna, (v. Hesiod. Θ. 304-309.) adeoque Chimaerae frater, (sup. II, 3, 1.) et Cerberi ap. Schol. Apoll. IV, 1399. nec aliter Hesiod. Θ. 310 sq. cf. Schol. Pind. Isthm. 1, 15.

(p. 133. II, 5, 10.) In Diod. IV, 17 sq. iter ad Geryonem admodum diuersum est: Creta soluit Hercules in Libyen, victoque Antaeo in Aegyptum progressus, Busiride prostrato, in Libyae aridis Hecatompylon vrbem condit, inde Gades peruenit. Reditus autem multa habet admixta rhetorica figmenta, non poetica. Contra si ea reputes, quae ab Herod. IV, 8. commemorantur, videntur alii olim fuisse, qui in reditu ab Erythia Her-

Herculem Hyperboreos adiisse atque adeo in Scythiam peruenisse narrarent. ἄγρια πολλὰ, deficit ἔθνη, φῦλα. Λιβύην ἐπέβαινε· καὶ παρελθὼν Ταρτησσὸν, ἔστησε — δύο στήλας. parum accurate dicta haec ad geographicas rationes; ita Libyam adiisse esset putandus, hinc redux in Europam Tartessum accessit, vnde iterum progressus columnas statuit ad Calpen et Abylam. Non quidem veteres vbique satis subtiliter haec persequi solent. v. inpr. Strab. III, p. 258 sqq. Suspicor tamen h. l. παρελθὼν Ταρτησσὸν male ex margine esse suppleta. In Anonymo est: ἐπειδὰν πρὸς τὰ τῆς γῆς ἀφίκετο τέρματα. Ταρτησὸν scribunt et hic codd. Pal. Vat. R. 3. vix doctam rationem sequuti, qua veteres non geminabant litteras nisi pronuntiando. Mox ἀντιστοίχους δύο στήλας, (quo ipsa res facile ducit, nam fuere ἀντικείμεναι στῆλαι, et in quod iam Faber incidit, vnde Galeus alios sic legere ait, non enim codd. innuere voluisse videtur) firmat

Scholion ad Timaeum Platonis ab optimo viro, Ruhnkenio ſuppeditatum: ἵστησι μὲν σημεῖα τῆς πορείας ἐπὶ τῶν ὅρων Εὐρώπης καὶ Λιβύης ἀντιστοίχους δύο στήλας, quae ad verbum deſcripta ſunt ex h. l. Vulgo legitur ἀντιστοίχων vt ad ὅρων referatur. E Pal. notatum ἀντιστοίχω. poſſit hoc pro duali haberi, dictumque adeo eſſe ἀντιστοίχω δύο στήλας, vt illud Aeliani: ἀδελφὼ οὗτοι Ῥοδίω, ſed obſcurior ductus τοῦ ν fefellit oculos. mox vitioſe eſt exaratum ὅρων, pro ὅρων, qui *fines*, *termini*, ſunt, nam ab ὅρος eſſet ὀρῶν, quod ſane et ipſum ferri poſſet h. l. ἐνέτεινε. Vat. ἔτεινε. De *ſole ab Hercule telis petito* accipienda verba Clementis Alex. p. 31, 9. Pott. (p. 10.) καὶ τὸν Ἠλεῖον Αὐγέαν Πανύασσις ἱστορεῖ ſc. ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους τοξευθῆναι, vbi Potter. coni. τὰς ἡλίου αὐγάς. Sed, puto, ſimpliciter τὸν ἥλιον αὐτὸν fuit. Auctorem itaque huius fabulae Panyaſin credere licet. Vulgatius fuit alterum *de ſcypho* ſeu cymbio, quo Hercu-

les

les tanquam nauigio fretum traiecit, quod inter continentem et insulam Erythiam erat. Non modo persequutus erat haec Stesichorus in Geryonide, (v. Diss. de Fragm. Stesich.) verum etiam idem Panyasis libro I. Ἡρακλείας, qui tamen a Nereo phialam Solis Herculi oblatam tradiderat, at Pisander lib. II. Ἡρακλείας, ab Oceano. Seruarunt nobis haec Grammatici, dum disputationem inanem super poculorum generibus instituunt apud Athen. XI. p. 469. Sed noster haud dubie Pherecydem sequutus erat, quem hanc fabulam exposuisse non modo constat ex Macrob. V, 21 f. verum ipse locus exhibitus est ap. Athen. l. c. p. 470. Φερεκύδης δὲ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν, προειπὼν περὶ τοῦ ὠκεανοῦ, ἐπιφέρει· ὁ δ' Ἡρακλῆς ἕλκεται ἐπ' αὐτὸν τὸ τόξον ὡς βαλῶν, καὶ ὁ Ἥλιος παύσασθαι κελεύει, ὁ δὲ δείσας παύεται. Ἥλιος δὲ ἀντὶ τούτου δίδωσιν αὐτῷ τὸ δέπας τὸ χρύσεον, ὃ αὐτὸν ἐφόρει σὺν ταῖς ἵπποις, ἐπὴν δύνῃ, διὰ τοῦ ὠκεανοῦ τὴν νύκτα πρὸς

 ἕω,

ἕω, ἵνα (ſic leg. pro ἥνιν) ἀνίσχει ὁ Ἥλιος. ἔπειτα πορεύεται ὁ Ἡρακλῆς ἐν τῷ δέπαϊ τούτῳ ἐς τὴν Ἐρύθειαν. (καὶ quod tollendum) ὅτε δὲ ἦν ἐν τῷ πελάγει, Ὠκεανὸς, πειρώμενος αὐτοῦ, κυμαίνει τὸ δέπας φανταζόμενος· ὁ δὲ τοξεύειν αὐτὸν μέλλει· καὶ αὐτὸν δείσας Ὠκεανὸς, παύσασθαι κελεύει. Fuit ſcilicet antiquior aliqua fabulandi ratio, qua ſol occidens, vt ad orientem circumactus rediret, nauigio vehi per oceanum ferebatur, et pro hoc datum cymbium, ſeu poculum: v. fragm. Steſichori, cum verſibus Antimachi et Aeſchyli ex Heliadibus, ap. Athen. l. c. add. fragm. Athenaei in Caſaub. Animadverſſ. p. 781. 1. 41. cum Euſtath. ad Od. I. p. 1632, 21. Cui commento etſi ipſa ſolis in oceano occidentis, ac nauigii, quum a littore proſpexeris, ſpecies locum facere potuit, ſuſpicor tamen ductum phantaſma hoc poeticum ab Aegyptiis, qui, vt ex Plutarcho de Is. et Oſir. et ex monumentis conſtat, Solem et Lunam cymba vehi

hi finxerant: petiere ab iis eadem Gnoſtici. Cum ſemel Herculem hoc ſcypho inſtruxiſſent poetae, fuere qui in Siciliam quoque ex Italia traieciſſe ita Herculem narrarent. Pauſan. III, 16. p. 248. et ibi Kuhn. cum Weſſeling. ad Diodor. IV, 22. p. 268. et in itinere ad Heſperidas in Hyperboreis iterum eum hoc cymbio vectum videbimus c. 5, 11. p. 139. Contra alii Soli pro cymbio lebetem ex aere ſubſtituerunt, vt Alexander Epheſius, cum Euphorione, apud Euſtath. ad Perieg. 558. (vnde Eudoc. p. 214.) et Theoclytus (forte idem cum Theolyto Methymnaeo ap. Athen. VII. p. 296. A. et Schol. Apollon. I, 623.) *ἐν δευτέρῳ ὡρῶν* ap. Athen. l. c. p. 470. qui auctorem Titanomachiae primum ita tradidiſſe docet. In ollam aeream indocte mutauit lebetem Serv. Aen VII, 662. Ingenioſius ſubſtituerat Soli lectum aureum a Vulcano factum Mimnermus apud Athenaeum p. 470. qui ita exornauit, vt illum *εὐνὴ ὑπόπτερος* (ita

leg.)

leg.) ab occidente per mare vehat ad Aethiopiam (orientalem, Indiam) vbi currus cum equis inſtructus ſtat, quem mane conſcendit. Attigit haec, ſed alio modo, Bentlej. in Diſſ. ſuper Phalar. p. 114. (Lennep. ed. p. 62.) cum Thericlea et Heraclea pocula illuſtraret. τὸν Ὠκεανὸν, niſi ab interpolatore venit, int. de freto inter Iberiam et Erythiam. ἐν ὄρει Ἄβαντι ita codd. Ἄρβαντι intulerat Aegius. De monte hoc Erythiae aliunde non conſtat, vti nec de aliis, quae in ſeqq. expoſuit Apollodorus. Si quis ingenioſo luſui indulgeat, poſſit is Bocharti etymologiam Phoeniciam *a ſaginando, abas,* (lib. 1, 13.) huc aduocare. Eurytionis et Orthri caedem ipſe Heſiod. Θ. v. 293. memorat. De *Menoetio* quae fabulae fuerint non conſtat. Non poteſt eſſe idem, qui ſup. I, 2, 3. Iapeti f. Atlantis frater; nam is fulmine a Ioue percuſſus in Tartarum fuit detruſus. Sufficit, ſimili fabulandi modo, quo Solis fuere armenta, etiam Orco ſua armenta eſſe aſſignata; inf. ſ. 12.

p. 142.

p. 142. in inferis idem Menoetius, Orci boues pascens, cum Hercule luctatur. Μενοίτης nomen scribitur in Pal. Ox. Dorv. Vat. Reg. 3. sic et inf. l. c. ita vt potior haec lectio habenda sit. Fabulosus quoque amnis *Anthemus* (Ἀνθεμόεις, οῦς) ad Erythiam pertinet; laudatus, forte ex hoc ipso loco, a Schol. Lycophr. 651.

(p. 134. II, 5, 10.) l. 1. interpunge καὶ τοξευθεὶς, α. alioqui καὶ esset exterendum. Statim post Ἡρακλῆς excidit δὲ, οὖν, ἔνθεν. διαπλεύσας εἰς Ταρτησσὸν obiectam Gadibus terram, vndique Baetis ostiis cinctam, in insulae modum. Ἀβδηρίαν. in codd. erat Αὐδηρίαν e more librariorum, at in edd. Ἄβδηραν. In promtu est cum Galeo emendare Ἰβηρίαν. Palmer. coni. Ἀβίλαν seu Ἀβύλαν. Fuit tamen *Abdera* Hispaniae ad mare in Bastulis Poenis inter Malaccam et Carthaginem nouam, paullo quidem longius a Gadibus, v. Strab. III. p. 236. A. ait tamen Stephanus Artemidorum eam πρὸς τοῖς Γα-

Γαδείροις collocare. Potuit adeo ab antiquo poeta hoc nomen in Heraclia poni. Nec tamen ab indoctis librariis alienum eſt, *τὴν Ἰβηρίαν* eo modo corrumpere; et legitur in Tz. Chil. II, 340. ex h. l. *δι' Ἰβηρίας δὲ τὰς βοῦς ἐλαύνων πρὸς Λιβύην.* *εἰς Λιγύην.* Vulgo legitur *εἰς Λιβύην*, quod alienum eſſe quis non videat, cum in Italiam proceſſerit Hercules. *Libyca ora* Rhodani apud Plin. III, 4. nemo huc vocet, nam ſunt ea *Libica*, a Libe, vento Africo. *Ligures* hic latere nullus dubito. Pertinuit primis temporibus nomen eorum vsque ad Iberum. *Λιγύην* emendauit Cluuer. in Ital. p. 317. Voſſius ad Melam. p. 750. et Gale *Λιγυστίνην* vel, quod Diodor. IV, 19. extr. in hac ipſa fabula habet, *Λιγυστικὴν*, quod quidem cum *Λιβυστικὴ* alibi quoque confunditur: Lycophr. 648. 1312. vbi v. Schol. At nimis recedit hoc a lectione librorum; alterius vero auctoritatem non inuenio. Arbitror equidem *εἰς Λίγυας* ſcribendum eſſe; ſed retinet me, quod

Λι-

Λιγύην priſcus auctor habere potuit. Ceterum haec *Herculis profectio per Ligurum fines* valde celebrata eſt veterum fabulis de pugna cum Liguribus, qui boves abigebant, et de *Campo lapideo* inter Maſſiliam et Rhodanum, nato ex lapidibus, quos Iupiter ei pro telis ſuppeditauit. Locus ea de re ex Aeſchyli Prometheo ſoluto deſcriptus eſt a Strab. IV, p. 277. C. (183.) et Dionyſ. Hal. I, 41. cf. Hygin. P. A. II, 6. et ibi not. p. 437. Euſtath. ad Perieg. 76. quem exſcripſit Eudoc. p. 214. vtroque loco Ῥηγίνη legitur pro Ῥοδανός. Duces erant Ligurum *Ἀλεβίων καὶ Δέρκυνος*. Ap. Tz. Chil. II, 341. ex h. l. *Δέρκιννον καὶ Ἀλεβίωνα.* Schol. Lycoph. 648. *Ἀλεξίωνος.* Forte fuit Ἀλβίων, ab Alpibus, qui olim τὰ Ἄλπια, Ἄλβια. Etiam ap. Melam II, 5. l. 33. *contra Albiona et Bergion.* latet forte in hoc *Dercinos.* pro eo *Λίγυν* nominat Schol. Lycophr. l. c. *διὰ Τυῤῥηνίας ἤει.* male edd. *εἴη*. Tyrrheniam antiquiore ſenſu hic puta dictam, quo

per

per omnem inferiorem Italiam late extendebatur nomen. Ceterum Herculis Italiam peragrantis fama ſuperfuit multis in locis, ſeu fabulis ſeu monumentis, aliisque veſtigiis, etiam vrbibus, vt Herculano, eam referentibus: v. Dionyſ. Hal. I, 34 ſq. 39 ſq. et Diodor. IV, 21 ſqq. *Rhegium* Italiae extremae vrbs, ſecundum noſtrum ſcriptorem dicta a boue, qui ἀποῤῥήγνυτι, ſ. ἀποῤῥήγνυται, *prorumpit agmine, diuulſus a ceteris diſcurrit*, quod ſup. II, 4, 6. p. 105. erat ἐκθορεῖν. apud Dionyſ. Hal. ἀποσκιρτῶν τῆς ἀγέλης. Vulgaris interpretatio etymologiae huius eſt paullulum diuerſa, dictum Rhegium *a rupto* tremoribus terrae ſolo et immiſſo freto inter Siciliam et Italiam, v. Strabon. ex Aeſchylo lib. VI. p. 396. Quae ſequuntur, contaminata ſunt partim omiſſione partim interpolatione, cum eſſet, qui alteram fabulam inferret de nomine Italiae impoſito ab eo *vitulo* ſeu boue, qui profugerat: nam cum reliqua de boue agant, atque

etiam

etiam ἦλθεν εἰς πεδίον Ἔρυκος ad eam referenda ſint, temere interpoſita ſunt illa de Hercule: καὶ τὴν πλησίον χώραν διελθὼν (*Hercules*) τὴν ἀπ' ἐκείνου (τοῦ ταύρου) κληθεῖσαν Ἰταλίαν· Τυῤῥηνοὶ γὰρ ἰταλὸν τὸν ταῦρον ἐκάλεσαν. quae haud dubie eiicienda ſunt, vt oratio ſic procedat: Ἀπὸ Ῥηγίου δὲ εἰς — διανηξάμενος εἰς Σικελίαν, ἦλθεν εἰς πεδίον E. etſi vel ſic ſuppletum malim: εἰς Σικελίαν ἀφίκετο καὶ ἦλθεν. Sin illa in medio poſita ab ipſo auctore profecta contendas, ſaltem valde corrupta habenda ſunt: ipſa res tradita erat ab Hellanico, e quo repetiit Dionyſ. Halic. I, 35. quem vide. Conuenit fabula cum veritate in hoc, quod nomen Italiae primo ad inferiorem oram pertinuit. De Scylla ab Hercule occiſa noſter nil memorauit; at v. Schol. Od. μ, 85. διανηξάμενος ſubſtitui e codd. quod et Hellanicus habuiſſe videtur apud Dionyſ. l. c. Aegius dederat: διαπλευσάμενον, quod Commelin. mutavit in διαπλευσάμενος. voculam proximam

εἰς non habent iidem codd. in quibus adeo iuncta ſunt καὶ διακνηξάμενος, Σικελίαν καὶ τὴν πλησίον χώραν διελθὼν, quae ſunt inepta. Apud Diodor. IV, 22. Rhegii nulla mentio; ſed Hercules armenta ante ſe transmittit, tum ille cornu bouis apprehenſo fretum et ipſe natando traiicit. Scypho Solis transmiſiſſe nonnullos Herculem in Siciliam ſupra vidimus p. 395. Ἔρυξ ὃς ἐβασίλευεν Ἐλύμων. hoc praebent codd. vt adeo haud aſſequar, vnde Aegius intulerit: Ἐρυκίνων. Erant autem Elymorum ſedes circa montem Erycem, quem Eryx inſederat: cf. ad Virgil. Aen. V. Exc. I. et III. et de Eryce ad V. 391. add. Diod. IV, 13. vbi plures de itinere per Siciliam fabulae. Pauſ. IV, 36. p. 372. Schol. Lycophr. 866. Ἡφαίστῳ. quaeras, vnde hic in iſtis locis? ſcilicet de Aetna et Vulcani officina cogitandum eſt.

(p. 135. II, 5, 10.) Verba ἀπαιτεῖ καὶ abſunt codd. Pal. D. Med. Reg. 3. item Vat. in quo exciderant verba παραθέμενος

νος ad λέγοντος, ſed vitio ex ἀγέλαις bis poſito orto. Ἰόνιον conſtanter et hic ſcribitur, etſi ratio poſtulabat Ἰώνιον: ſed ſatis de hoc Markl. ad Max. Tyr. Diſſ. 39, 5. ἐπὶ τοὺς μυχοὺς τοῦ πόντου. erunt intima ſinus Adriatici, vt adeo obierit Hercules oram omnem huius ſinus; ſic apud Diod. IV, 23. 25. ſed ibi Adriae oram cum circumiiſſet, per Epirum in Peloponneſum transſiit. apud noſtrum haud facile iter expedias: nam, nulla Illyrici traiecti mentione facta, ſtatim ſub Thracicos montes armenta oeſtro perculſa diſcurſitant; ita vt aut excidiſſe nonnulla, aut ſtudio breuitatis obſcuritatis culpam ſuſtinere videatur Apollodorus; etſi vel maxime priſcos auctores Thracicos fines latiſſime protuliſſe dicas. Apud Tzetzam Chil. II, 350. qui h. l. expreſſit, Hercules traiecto Ionio mari ſeu ſinu Adriatico Epirum adit: περαιωθεὶς Ἰώνιον τὸν Δυῤῥαχίου κόλπον διὰ τῆς Θρᾴκης δυσχερῶς ἄγει πρὸς Εὐρυσθέα. Ex Epiro tamen in Thraciam

multo minus viae compendium fecit, ſi inde Argos pergere volebat. Omnino Epiri mentionem facit Apollodorus nullam, quam tamen in hoc terreſtri itinere Herculis alii faciunt. Quid? quod Hercules narratus fuit, a Nicandro ſaltem et Athanada, ap. Anton. Lib. 4. perdomuiſſe tum Epirum et Ambraciam, victis Celtis, an Sellis? Theſprotis et omnibus Epirotis; Hecataeus autem ipſam Erythiam et Geryonen in Ambraciam et Amphilochos transtulerat ap. Arrian. de Exp. Alex. lib. II, 16. vbi de Tyrio Hercule agitur; tam mature Graeci ipſi in ſuis ſabulis ſeu argutari ſeu ineptire coepere. Amplexus eſt idem commentum Scylax in Periplo p. 10. vbi Atintanes memorauerat: *ἐν τῇ Καστίδι χώρᾳ εἶναι λέγεται πεδίον ὄνομα Ἐρύθεια. Ἐνταῦθα ὁ Γηρυόνης λέγεται οἰκεῖν καὶ τὰς βοῦς βουκολεῖν.* Ad e. l. excitata eſt vetus illa inſcriptio apud auctorem de Mirab. Audit. docte et ſubtiliter tentata a Buherio, vt tamen parum ſatisfaciat. At-

Attigit quoque haec Weſſeling. ad Herodot. p. 283, 13. Etiam armenta, tunc conſecrata ab Hercule Ioui Dodonaeo, ſecundum Proxenum, aut a paſtore abacta, nouum ibi genus praeſtantiſſimorum boum, qui Λαρινοὶ dicti, ex ſe reliquerant. v. Svidas in Λαρινοὶ βόες. Iam in verbis ἀνέβαλεν Ἥρα Vat. σχίζονται h. l. *diſperguntur.* ἤγαγεν pro ἦγεν Pal. D. O. Reg. 3. iungenda autem ſunt: συλλαβὼν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, cum mare fugam eorum ſiſteret. Mox βοῶν συνελθουσῶν, in promtu eſſet συνελαθεισῶν *coactis*, compulſis; ſed nec alterum damnandum. *Strymonem* Hercules ita traiecit, vt eum vadoſum faceret, ſaxis iniectis, quibus pro ponte vteretur. Pro μεμψάμενος Canterus Nov. Lect. IV, 13, Galeo probante, legebat ἀμειψάμενος *traiiciens.* Quod non admitto; nam habuit Hercules quod incuſaret fluuium, cum vadum, quo traiicere poſſet, nusquam eſſet; iraſcens itaque fluuium vltus eſt alueo obſtructo; fuit ſcilicet locus in

 Stry-

Strymone vadosus, cuius caussas ab Herculis facto petierunt homines. Legebatur: πάλαι τὸ ῥεῖθρον πλωτὸν, ὃν ἐμπλήσας π. vitium incurrit in oculos, cum medela, quae nec fugit Commelin. et Galeum. Lenior quoque esset oratio: τὸ ῥεῖθρον, πάλαι πλωτὸν ὂν, ε. Facit autem flumen ἄπλωτον, vt nauibus descendi nequiret, dum ipse iniectis saxis vadosum reddidit. δέδωκε malim ἔδωκε.

11. *Hesperidum poma* ab Hercule apportata. Varie a poetis tractata etiam haec fabula. Ad caput hoc cf. Schol. Apollon. IV, 1396. vnde patet ex Pherecyde id maxime esse expressum: eundem fit probabile etiam in ceteris Herculis rebus ducem praecipuum fuisse. ἐνὶ μηνὶ καὶ ἔτεσιν ὀκτὼ, vnde mira haec temporis designandi ratio petita sit, ignoro. Eadem habet Schol. Il. ϑ, 368. qui partem loci exscripsit, nec aliter legerat Tzetza Chil. II, 354. l. c. In Pal. Vat. D. Reg. 3. est ἐν μ. et margo Vat. μησί. Ceterum obseruandum illud, ab ini-

initio X. tantum ab Euryſtheo imperatos fuiſſe labores; ineſt hactenus laborum numero ratio aliqua ad annum veterem decem menſium, factum mox menſium duodecim. παρ' Ἑσπερίων male erat in Dorv. Reg. 3. et edd. Rom. Commel. κομίζειν. κομίσων Pal. Reg. 3. Oxon. κομίζων Dorv. Vat. κομίζει ed. Par. ſphalma. ἐν Ὑπερβορέοις. Hoc ex ipſo Pherecyde habere videtur, ſaltem is eandem itineris deſcriptionem exhibuit. Voſſius quidem ad Melam I, 8. p. 591. aduerſus hunc locum diſputat, tanquam ſpurium; at enim vir doctus parum meminiſſe videtur, geographicas rationes eſſe diuerſas in multis a mythicis. Diſpeſcit noſter auctor iter Herculis hunc in modum: ex Peloponneſo procedit is per Thraciam et Illyricum in Italiam, ad Eridanum, vbi a Nereo monſtratur iter in Libyam, ex hac in Aegyptum, inde in Arabiam; ex hac mare exterius, hoc eſt orientale ingreſſus, circumacto oriente, ad vete-

rum ſidem, ad Caucaſum peruenit, inde ad Hyperboreos, vbi Atlas poma aurea ex Heſperidum horto apportat. Indoctae hae veterum rationes geographicae memoratu tamen dignae ſunt, vt alia eorum commenta et narrata melius ita perſpiciamus. *ἐπὶ τοῦ Ἄτλαντος*. eſſet *in monte Atlante.* Atqui de monte non agitur. Atlas eſt notus ille ex Titanibus, vt conſtat mox p. 139. quem Apollodor. inf. p. 139. in Hyperboreis collocauit. an dicere voluit: fuiſſe poma *in eius poteſtate?* fauere videri poſſunt verba Eratoſth. c. 3. vbi narrat Pherecydes Iunonem miratam poma aurea *εἰπεῖν* (*iuſſiſſe*) *καταφυτεῦσαι εἰς τὸν τῶν θεῶν κῆπον, ὃς ἦν παρὰ τῷ Ἄτλαντι.* At eſt et hoc in loco *apud Atlantem montem*, nec poma ab Atlante poſſeſſa fuiſſe, infra tradita docent. Quid plura? delendum eſt ineptum gloſſema ex ſeqq. huc illatum. *ἐν Ὑπερβορέοις*. Memorabile vtique hoc quod in Hyperboreis Heſperidum horti collocantur. Vulgo in Li-

Libya, a ferioribus quidem in Cyrenaica, ab aliis in extremo Africae occidente, fub Atlante, fuiffe perhibentur; antiquiores in ipfo oceano, vt paffim obferuatum, infulam iis affignant; ἐν τῷ ὠκεανῷ. fic Pherecydes ap. Schol. Apollon. l. c. nec aliter ipfe Hefiod. Θ. 215. πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο. cf. fup. p. 387. Atlas autem ftat πρόπαρ Ἑσπερίδων λιγυφώνων ibid. 518. Scilicet fuit ab initio in Hefperidum hortis et malis aureis ingeniofus aliquis lufus et refpectus folis occidentis, cum eius regia et armenta et horti in oceano occidentali effent conftituti. Iam Hyperboreorum fedem in feptentrione effe, traditum erat: porrigitur autem ille non minus verfus occidentem, debuitque adeo Hyperboreorum regio haberi contigua et finitima foli occidenti; itaque ab Hyperboreis iter haud longum ad Hifpaniae et Africae oram occidentalem. Fuiffe videntur, qui Herculem Hyperboreos adiiffe narrarent etiam in profectione ad Geryonem, at-

que adeo ad Scythas perueniſſe, vt ſup. p. 390. 1. ex Herodoto notatum, traderent. Hyperboreos in vicinia, ſeu in via ad Libyam, collocarant poetae etiam in Perſei fabulis, vt diſcere licet vel ex Pind. P. 10, 47 ſq. 70. Aliam profectionem Herculis ad Hyperboreos ſupra Not. p. 349. vidimus, cum ceruam perſequeretur; in iſta, non in hac, ille populum albam reportauit, et ad Alpheum plantauit v. Pind. Ol. 3, 23 ſq. Pauſan. IV, 14. Aliter Schol. Theocr. 2, 121. *ἃ Διΐ γήμαντι Ἥρα ἐδωρήσατο.* Ita conſtanter libri. Ex Eratoſth. c. 3. tamen, vbi Pherecydes laudatur, quem noſter ſequitur, manifeſtum fit, excidiſſe *Γῆν*, nam Terra poma Iunoni pro nuptiali munere attulit: *Φερεκύδης γάρ φησιν, ὅτε ἐγαμεῖτο ἡ Ἥρα ὑπὸ Διὸς, φερόντων αὐτῇ τῶν θεῶν δῶρα, τὴν Γῆν ἐλθεῖν φέρουσαν τὰ χρύσεα μῆλα.* Nec fabula ceteroquin obſcura: v. Schol. Apollon. IV, 1396. Poteſt *Γῆ* reſtitui, et reſtituta quoque eſt a V. C. Valkenario ad Eurip, Phoen. p. 734.

et

et Koppiers Obſſ. philol. p. 102. ἃ Διὶ Γῇ γήμαντι Ἥραν ἐδωρήσατο. parum tamen emendatio haec, ſi intentiore animo excutias, ſatisfacit; nam, ne collocationem verborum ingratam et inſolentem nunc memorem, non Ioui munera illa facta, ſed Iunoni, a qua poma apud Atlantem fuere depoſita; (v. Eratoſth. eod. l. Athen. III, p. 83 C. Schol. Apollon. e. l.) nec aliter mos antiquitatis ferebat; ſic et Harmoniae et Thetidi dona facta, non Cadmo et Peleo. Vitium potius in γήμαντι latere puto et verba excidiſſe plura, v. c. in hunc aut ſimilem modum: ἃ γαμηθείσῃ Διὶ Ἥρᾳ Γῇ ἐδωρήσατο. verba ipſa tamen praeſtare nolo. Nuptiae autem illae Iouis et Iunonis argumentum fuiſſe videntur frequentatum a poetis pluribus, vt iam ſup. Not. p. 30. monitum. Ab iisdem nouus fabularum ordo, a veteri per Vranidas ac Titanas deducto diuerſus, initium habebat: itaque Piſander opus ſuum Ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν exorſus

fus inde eſſe narratur apud Macrob. Sat. V, 2. (de quo v. ad Virgil. T. IV. p. 235. 6.) Spectaſſe autem videtur res primo ad fabulas Cretenſes; nam in Creta et locus oſtendebatur et ſacro anniuerſario nuptiae recolebantur: Diod. V, 72. Feſtum diem eodem nomine agebant Athenienſes. v. Intpp. Heſych. in Ἱερὸς γάμος. Alii inde abductam virginem Iunonem appuliſſe ad Hermionen Argolidis, vbi et in monte Coccygio a Ioue in cuculum mutato ea fuit vitiata; alii ad Euboeam, et ibi in monte Oche in Iouis amplexus veniſſe fabulabantur, aut, vt alii haec nouauerant, in Cithaeronem transiiſſe: Euſeb. Praep. Ev. III. p. 84. e Plutarcho. Praeter laudatos ad Virgilium cf. Wernsdorf. V. C. ad Pervigil. Ven. (T. III. Poet. min.) p. 538 ſq. *Draco* Typhonis et Echidnae progenies; nec aliter Heſiodum tradere, Apollonii Schol. obſeruat l. c. Ἡσίοδος δὲ ἐκ Τυφῶνος φησίν. Si tamen Theogoniam conſulas, non ex Typhone, ſed ex Phorcyne

cyne et Ceto natus traditur v. 333 ſqq. Piſander Terrae filium ediderat. Idem inter ſidera relatus: v. Eratoſth. l. c. Nomen ei fuit *Ladon*: v. Apollon. ibid. v. 1396. Ante δράκων excidiſſe hoc ipſum nomen Λάδων ſuſpicabatur Mitſcherlich. noſter. Voces, quas emiſit, φωναὶ, de ſibilis accipiendae videntur. Cum Heſperides λιγύφωνοι dicantur apud Heſiod. Θ. 272. 518. et ὑμνωδοὶ apud Soph. Herc. fur. 394. vbi v. Barn. ἀοιδοὶ ap. Eurip. Hipp. 743. vbi v. Valk. etſi ſatis eſt Apollon. IV, 1399. inſpicere, ſuſpicabar permutata ſede haec verba ad Heſperidas referenda eſſe; verum et Pherecydes φωνὰς παντοίας ſerpentis meminit apud Schol. Apollon. l. c. Nocte ſatae ſunt ap. Heſiod. Θ. 215. *Heſperides*; at Atlantis filiae ap. Diodor. IV, 27. Si Iouis et Themidis filias eas edit Schol. Eurip. Hippol. 742. confundit ille Nymphas ad Eridanum, quae mox ſequuntur. cf. Valk. V. C. ad e. l. Simili errore apud Schol. Apollon. IV, 1399. Phorci et Cetus filiae fuiſſe

fuiſſe dicuntur. Cum Gorgonibus confunduntur ex praua interpunctione vſſ. Θ. Heſiod. 275. 276. De numero earum v. ad Hygin. praef. p. 2. et ad Fulgent. de Contin. Virgil. p. 755. Ἐρύθεια ſcripſi ex Pal. Reg. 3. pro Ἐρυθία. Pro Ἑστία legit Ἑσπερία Gal. et Mitſcherl. Apud Apollon. IV, 1427. ſunt Ἑσπέρη, Ἐρυθηΐς, Αἴγλη. apud Lutat ad Stat, Theb. II, 281. *Aegle*, *Arethuſa*, *Heſperie*. Pro Ἀρέθουσα tamen eſt Ἐρέθουσα in Pal. D. Veſ. Reg. 3. Antea edebatur Ἀρεθοῦσα. *Echedorus* Macedoniae fl. in ſinum Thermaicum ſe exonerans. Ἐχείδωρος Herodoto, qui de eo videndus lib. VII, 127. *Cycnus* hic Martis et Cyrenes f. diuerſus adeo ab altero, Martis et Pelopiae f. c. 7, 7. p. 158. qui et ipſe ab Hercule occiditur. Si quaeras, vter is ſit, cuius pugna cum Hercule ab Heſiodo in Sc. Herc. narratur, alter hic ex Pelopia genitus ille eſſe habendus eſt: nam ad Itonum is fuit occiſus (p. 158.): Heſiodus autem templum Apollinis Pa-

ga-

gaſaei memorat, non longe ab eo loco ſitum, v. 70. cf. 380. 1. 472 ſq. Ad hunc ſpectant quoque verſus Eurip. Herc. fur. 386 ſq. Eſt praeter hos alius Cycnus, Neptuni f. ab Achille occiſus. Confundi paſſim varios hos Cycnos iam obſeruatum eſt v. c. ad Hygin. 31. p. 89. cf. Schol. Pind. O. 2, 147. *Ἄρεος δὲ τοῦτον ἐκδικοῦντος*. Pal. et Reg. 3. *τοῦτο* 'E. iidem et *Ἄρεως*. Sane *ἐκδικεῖν* alias eſt *vlciſci*, vt inf. c. 7, 3. *τὸν δὲ τούτου θάνατον ἐκδικῶν*, et ſup. II, 4, 11. p. 112. *ἐκδικῆσαι τὸν θάνατον*. At h. l. eſt *defendere, παραστατεῖν*. Ita ipſe Mars *συνίστησι μονομαχίαν*; vulgarius eſt *συστήσασθαι τὴν μάχην*. Hocne an altero per Theſſaliam itinere Termerum occidit Hercules capite obiecto ferientem obuios, ipſe eum ſimili modo aggreſſus: Plutarch. Theſ. p. 5. C. Mox *μέσος* e codd. Pal. Med. Dorv. Reg. 3. (inf. c. 6, 3. *ὁ Ζεὺς ἵησι μέσον αὐτῶν κεραυνόν*.) pro vulgato *μέσον*. ab hoc et Vat. aberat *δὲ* poſt *βαδίζων*. Pro *σπεύδων*, eſt *φεύγων* in Med. Vat.

Vat. Dorv. et trinis Regg. Nympharum hoc indicium, quod ex Pherecyde petitum, (in Schol. Apollon. l. c. vnde repetiit Eudocia p. 216.) ſimilitudinem habet cum altero in fabula Perſei ſup. II, 4, 2. p. 94, 5. vt adeo et hoc ad vetuſtiorem fabulandi morem referendum ſit. *Nereus* in Heraclia partes habuit, quas Proteus in Odyſſea: exemplo forte alicuius ſcriptoris Graeci, eundem vaticinantem in Troicis adhibuit Horat. I, C. 15. vt Glaucum in Argonauticis Apollon. I, 1310. de quo loc. claſſ. ap. Athenaeum VII. p. 296. 7. Ceterum excidit articulus, et leg. τὸν Νηρέα. Schol. Apollonii: ὑπέθεντο ἀποροῦντι μαθεῖν παρὰ Νηρέως, ποῦ ἂν εἴη τὰ χρυσᾶ μῆλα. ἐναλλάσσαντα Dorv. putes forte ἐναλλάξαντα, ſed ita fert ſtupor iſtius librarii. Paullo ante deletum malim καὶ, non enim potuit eum dormientem et ſimul formas mutantem comprehendere; ſed συλλαβὼν αὐτὸν κοιμώμενον, παντοίας ἐναλλάσσοντα μορφὰς ἔδησε. Nimis breuiter narratum

tum mox μαθὼν δε, Λιβύην διεξήει, siquidem ab Eridano profectus est. Schol. Apollonii: ἀφικόμενος δὲ ἐς Ταρτησσὸν, πορεύεται εἰς Λιβύην. Ad Aegyptum iter Herculis direxerunt alii, qui Graeca cum Aegyptiis miscuere. v. Diod. I, 21. Sed Antaei regia Irassa (Pind. P. 9, 185.) ad Tritonidem fuit paludem, in Cyrenaica, vt ex Schol. et Herodoto intelligitur. De lucta cf. Pind. I, 4, 87 sq. et Schol. alios ad Hygin. f. 31. pr. τούτῳ δὲ παλαίειν. melius tolles δὲ, quod et abest Pal. Vat. ἀράμενος ἅμμασι μετέωρον κλάσας. Legebatur ἀ. ἔγκασι μ. θλίψας. Accipiebatur istud quasi ἀγκὰς scriptum esset, *vlnis*. Commel. et Faber etiam sic emendabant. At in codd. est ὄμμασι; vnde facile erat coniectu ἅμμασι, quod et Galeo in mentem venit, cum illud vocabulum luctae proprium sit, de nodo et amplexu brachiis implexis. *Conseruere manus et multo brachia nexu* ap. Lucan. IV, 617. in hac ipsa Antaei lucta. Illustrauit rem Scalig. ad Euseb. Chron.

 768.

768. ſed is ἔγκασι defendit, quaſi preſſis fuerit Antaeus ilibus eliſus. Sunt tamen ἄμμακτα etiam apud Syncell. p. 163. Par. Multo magis id firmat locus communicatus mecum a Ruhnkenio V. C. e Schol. Platon. ad lib. VII. de LL. τοῦτον οὖν ἀράμενος τὸν Ἀνταῖον, μετέωρον ἄμμασιν Ἡρακλῆς κλάσας, ἀπέκτεινε. ψαύοντα γὰρ τῆς γῆς ἰσχυρὸν συνέβαινε γίγνεσθαι. Auctoritatem addit idem locus alteri lectioni κλάσας, quae codicum eſt, pro altera θλίψας, ab interpretatione profecta. probandum etiam τῆς γῆς. Sed ἰσχυρὸν non minus corruptum quam ἰσχύροτατον. videtur legendum ἰσχυρότερον, quod iam Gal. et Fab. coniecerunt. Ex aliis fabulae ornamentis, quae olim fuere, eſt apud Schol. Lycophr. 662. quod Hercules ex Antaei vxore, Iphinoe, Palaemonem ſuſtulit. Antaei ſtaturam ex Herodoro memorat Tz. Chil. II, 366. cf. Philoſtrati Icon. II, 21. qui locus laborat. Pro vltimo Herculis labore Antaeus memoratur ap. Euſeb. n. 770.

Bu-

Busiris. diuersus hic ab eo, qui sup. II, 1, 5. inter Aegypti filios erat. Spectauit forte ad hunc quod apud Theonem est Progymn. c. 6. p. 87. Hesiodum vndecim aetatibus facere antiquiorem Busirin Hercule. Similiter apud Isocratem historiae plus quam CC. annis ante Perseum vixisse Busiridem tradidisse feruntur. Neptuno et Anippe, Nili filia, ortus narratur ap. Plut. Parall. (T. II. p. 317. B.) ex Agathone Samio. Fuit Euripidis Busiris. Rhetoribus eum pro argumento declamationum fuisse nota res est. Etiam in hac fabula noster Pherecydem sequutus est: v. Schol. Apollon. IV, 1396. — ἐξήει leg. διεξήει, quod iam Gal. et Fab. emendarunt. Λυσσιανάσσης Pal. V. R. 3. male. Gale coniectabat Λιβύας ex II, 4, 4. perperam. (Laudare tamen poterat pro se Syncell. Chronogr. p. 152. Par.: Βούσιρις, Ποσειδῶνος καὶ Λιβύης τῆς Ἐπάφου παῖς, τῶν κατὰ τὸν Νεῖλον τόπων ἐτυράννει, καὶ τοὺς παροδεύοντας κατέθυε ξένους. quem

 lo-

locum latine versum vides in Hieronymi Chron. Sed profectum hoc a confuso illo antiquiore Busiride cum posteriore.) Verum nomen seruat quoque Tz. Chil. II, 368. Φράσιος ex Pal. et ceteris redditum pro Θράσιος. ἔφη παύσεσθαι. Pal. D. O. V. R. 3. παύσασθαι, et hoc bene. Sed alterum nostro scriptori sollenne. v. Not. sup. p. 282. ἔσφαζε. Dorv. et Reg. 3. ἔσφαξε, quod Gale malebat. τοῖς βωμοῖς προσεφέρετο. plurali iterum vsus, vt sup. I, 9, 8. τῶν βωμῶν. nisi vitium subest. Nam et paullo ante, hac ipsa pagina, et alio loco I, 9, 1. est τῷ βωμῷ, et hoc in loco πρὸς τῷ βωμῷ est in Schol. Apollon l. c. Est tamen omnino oratio parum venusta in h. l. Ἀμφιδάμαντα. Schol. Apollonii l. c. Ἰφιδάμαντα: vnde Eudoc. p. 216. sed corrupte. καὶ τὸν κήρυκα Χάλβην. verba desunt codd., inserta adeo ab Aegio ex Apollon. Schol l. c. Ceterum exornarunt hanc ἀνθρωποθυσίαν Graeci et nomen infame reddiderunt Busiridis. v. inpr. Herodot. II, 45. Δι-

Διεξιὼν δὲ, quae hic ſequuntur, vsque ad τοῦτο πράττουσι, haud dubie alieno loco inculcata ſunt, ſiue a librario, ſiue ex margine. Nam iter Herculis ex Aegypto in Arabiam factum. Nec illa in Rhodum profectio eſt apud Schol. Apollonii, nec in Tz. Chil. II, 369. apud quem tamen ea in reditu memoratur Herculis ab Hyperboreis: ὑπὸ στροφαῖς (leg. ὑποστραφεὶς) Θερμύδρῳ δὲ προσχὼν λιμένι Ῥόδου etc. *Thermydrae*, in ipſa Rhodo fuere, ſeu potius *Thermydra*. Steph. Byz. h. v. Θέρμυδρα, λιμὴν τῆς μιᾶς τῶν ἐν Ῥόδῳ πόλεων. Apud Tz. Chil. II, 385. eſt Θερμύδρῳ λιμένι. In Pal. Vat. eſt Θερμυδραῖς. In Ἀσίας vitium eſt, vt aut legendum ſit τὴν Ἀσίαν aut omiſſum aliquid. Ῥοδίων legitur, puto, ex Aegii emendatione, in libb. eſt λαδίων. probabilius Λινδίων, vt et Gale coniecit, ex Conon. c. 11. add. Tzetz. Chil. II, 40. 590. et Zenob. IV, 95. ἐν Λίνδῳ. Diuerſa eſt altera ſimilis narratio de Thiodamantis boue apud Dryopes in

 Theſ-

Theſſalia, quam v. inf. II, 7, 7. pr. p. 157. Ceterum veteris ritus diris et execrationibus in ſacris vtendi inepte per hanc narrationem ratio reddi ſolita: petenda vtique illa ab aliis cauſſis, forte quod in ſacris expiatoriis τὸ ἄγος in victimam diris et malis ominibus transferri ſolebat. βοηθεῖν ἑαυτῷ. vocem alteram delendam puto male illatam; ſaltem boui, non ſibi ſuccurrere debebat.

(p. 139. II, 5, 11.) Παριὼν δὲ Ἀραβίαν: (Sic Dorv. Vat. Legebatur Ἀῤῥαβίαν, quod in poeta locum haberet) apud Diodor. IV, 27. Buſiride occiſo Hercules aduerſo Nili flumine in Aethiopiam ſubuectus *Emathionem* regem necat. Aurorae filius is eſt etiam inf. III, 12, 4. et Heſiod. Θ. 984. vbi Schol. etiam ad Pherecydem prouocat. Scholiaſtes tamen Apollonii (ex eo repetit Eudoc. p. 216.) eius non meminit; ſed cum Memphim, Buſiride occiſo, reliquiſſet Hercules, *Thebas proficiſcitur* καὶ διὰ τῶν ὀρῶν εἰς τὴν ἔξω Λιβύην, ἧς ἐν τοῖς ἐρή-

ἐρήμοις πολλὰ τῶν θηρίων τοξεύων ἀναιρεῖ. καθήρας δὲ τὴν Λιβύην, κατέβη ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν ἔξω κειμένην. quae hic *exterior Libye eſt*, hoc eſt Aethiopia et orientale Africae littus, in Apollodoro ad illa ſpectat: διὰ τῆς Λιβύης πορευθεὶς ἐπὶ τὴν ἔξω θάλασσαν, quod mare orientale eſt, ſed perindocte adumbratum; fit enim hinc nauigatio circa Aſiae oram orientalem; aut potius ab Africae continente traiicitur in Aſiam, et peruenitur ad Caucaſum. Apud eundem Schol. ex Pherecyde res ita traditur: Hercules λαβὼν χρυσοῦν δέπας παρὰ Ἡλίου (e quo loco aut inſerta in noſtro ſunt illa οὗ τὸ δέπας καταλαμβάνει, aut ſupplenda ſunt παρὰ τοῦ Ἡλίου λαμβάνει *vbi a Sole nauigii loco cymbium accipit*: v. ſup. ad ſ. 10.) διαβαίνει ἐν αὐτῷ εἰς Πέργην (*ignotam vrbem*. f. εἰς περαίαν ſc. γῆν, ἤπειρον.) διά τε τῆς ἔξω τῆς γῆς θαλάσσης καὶ διὰ τοῦ ὠκεανοῦ πλέων. ἐπελθὼν δὲ παρὰ Προμηθέα etc. hic manifeſtum fit, creditum fuiſſe Caucaſum per Aſiam con-

 ti-

tinuatum eſſe verſus Orientale mare. Tanta caligo obſcurabat notiones veteris Graeciae geographicas in oriente et ſeptentrione Aſiae! Hinc et factum, vt Prometheus modo Caucaſo diceretur affixus, modo ad extremum Oceanum: vt in Aeſchyli Prometheo: vbi haec bene declarauit Schüze V. C. p. 9 ſq. Supereſſet modo Aeſchyli Prometheus ſolutus, in quo, vt ex fragmentis apparet, plura geographica fabuloſe expoſita fuere! ſi ſaltem locum haberemus integrum in Prometheo vincto, v. 797 ſeq.! In Tabula Farneſia Hercules (l. 108.) ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ἦλθε ποταμὸν καὶ πόλιν Ἡράκλειαν τὰν ἐν Σίβαις ᾤκισεν. ἐπὶ τοῦ Καυκάσου. Pal. D. Vat. Reg. 3. Καυκασίου. κατατοξεύειν voc. proprium hac in re: v. ad Lucian. T. I. p. 203. Quod *aquila* haec Echidna et Typhone prognata eſt, Pherecydi debetur ap. Schol. Apollonii. II, 1252. mox ὃς delendum, quippe ex vltima τοῦ Τυφῶνος natum. δεσμὸν ἑλόμενος τὸν τῆς ἐλαίας. infeliciter poſt Aegium Commelin.

ten-

tentat δ. ἐ ἀργκλέον. Loci illuſtratio ex Athenaeo XV, 4: p. 672. extr. petenda, vt iam Gale monuit, vbi de more Carum et Samiorum στεφάνοις ἐκ λύγου, λυγίνοις, *coronis e vimine ſalicis* caput revincientium cum actum eſſet, adiicitur, etſi verbis ſatis obſcuris, Apollinem conſultum reſpondiſſe: ποινὴν Samios perſoluere debere, quam olim Prometheo vinculis ſuis liberato Iupiter impoſuit, vt vinculo ſe conſtringeret ſponte et innoxio: in verbis ὅθεν οὔτ' ἐκείνου τὸν δεδηλωμένον στέφανον τῷ Προμηθεῖ περιγενέσθαι ſi legas ἀπ' ἐκείνου (ſc. τοῦ χρόνου) totus locus ſanatus erit. Videtur igitur in fabulis, forte apud Aeſchylum in Prometheo ſoluto, hoc fuiſſe, Prometheum vinculis ſolutum, vt aliqua ex parte ſatisfaceret, coronam ex viminibus ſalicum geſtaſſe. Apud eund. Athenaeum p. 674 D. ipſe Aeſchylus laudatur ἐν τῷ λυομένῳ Προμηθεῖ diſerte memorans, ὅτι ἐπί τε τιμῇ τοῦ Προμηθέως τὸν στέφανον περιτίθεμεν τῇ κεφαλῇ, ἀντίποινα τοῦ

 ἐκεί-

ἐκείνου δεσμοῦ, quaſi omnis coronae imponendae mos ab illa corona, qua Prometheus ad expianda vincula vſus eſt, repetendus ſit: idem Aeſchylus in Sphinge: *τῷ δὲ ξένῳ γε στέφανος, ἀρχαῖον στέφος, δεσμῶν ἄριστος, ἐκ Προμηθέως λύγου*, vt lego illum locum. In hunc ſenſum ſi accipitur noſter locus, legendum cum Galeo: *ἑλόμενον* ſc. Prometheum. Videtur tamen Apollodorus, ſi hoc voluerat, alium verborum ordinem facturus fuiſſe; adeoque relinquitur ſuſpicio: ipſum Herculem, qui liberarat Ioue inuito Prometheum, poenae loco et ipſum vinculum ſibi impoſuiſſe *ſed ex olea;* vt diuerſa hactenus fabula haec ſit ab illa altera. *καὶ παρέσχε* haec iam illuſtrata ſup. II, 5, 4. Not. p. 355. — Galeus verba conſtituit: *Χείρωνα ἀθάνατον ὄντα, θνήσκειν ἀντ' αὐτοῦ θέλοντα.* Satis erat interpungere vt fecimus, et iungere: *Χείρωνα ἀθάνατον, θνήσκειν α. α. θ.*

ὑπο-

ὑποθέντος Προμηθέως. in codd. vbique εἰπόντος. videtur adeo alterum Aegius adoptaſſe ex Schol. Apollonii. ἀποστέλλειν ex codd. Dorv. Vat. Reg. 3. dedit; pro vulg. ἀποστελεῖν. poſt πεισθεὶς haud dubie δὲ eiiciendum. In ſeqq. interpoſui notam lacunae, iam a Galeo obſeruatae, quae ex Schol. Apollonii l. c. IV, 1396. ſuppleri poteſt; is haec habet: Ἡρακλῆς δὲ ἀκούσας ἔρχεται πρὸς Ἄτλαντα, καὶ κελεύει αὐτὸν ἐνεγκεῖν τὰ μῆλα παρὰ τῶν Ἑσπερίδων, τρία λαβόντα, διηγησάμενος τὸν ἆθλον. (*cum eum docuiſſet hunc ſibi laborem eſſe impoſitum, vt poma afferret.* In Eudoc. p. 217. legitur διηνυσάμενον, pro διανυσάμενον, *vt Atlas laborem pro ſe conficeret.*) δοὺς δὲ Ἄτλας ἐπὶ τῶν ὤμων Ἡρακλεῖ τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐλθὼν πρὸς τὰς Ἑσπερίδας, δεξάμενος παρ' αὐτῶν τὰ μῆλα, ἐλθών τε πρὸς τὸν Ἡρακλέα, τά μεν μῆλα αὐτός φησιν ἀποίσειν Εὐρυσθεῖ, τὸν δὲ οὐρανὸν ἐκέλευσεν ἐκεῖνον ἔχειν ἀντ' αὐτοῦ. ὁ δὲ Ἡρακλῆς ὑποσχόμενος, (ſc. ἔχειν, ἀνέχειν

χειν τὸν (οὐρανὸν ἀντ' αὐτοῦ) δόλῳ ἀντεπέθηκεν αὐτὸν τῷ Ἄτλαντι, κατὰ τὴν τοῦ Προμηθέως ὑποθήκην· κελεύει γὰρ, ὥσπερ ἐκεῖνος ὑπέθετο, τὸν Ἄτλαντα δέξασθαι τὸν οὐρανὸν, ἕως οὗ σπεῖραν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ποιήσεται. ita locus emendandus partim e MS. Reg. Par. partim aliunde; Eudocia confirmat *σπεῖραν* f. *σπεῖραν* pro *πήραν*, eſt enim *σπεῖρα* puluillus ſeu culcita ſubiecta oneri impoſito: cf. Caſaub. ad Athen. p. 621. l. 3. (contra *τὰ σπεῖρα* a *τὸ σπεῖρον*) *θέλειν* ante *ποιήσασθαι* libri dabant, pro vulgari *θέλων*. Mox *κτείναντι* ed. Rom. ſed vitio, vt et vitium ed. Par. eſt, quod *οὐκ* poſt *ὅσιον γὰρ* excidit: *τεθῆναί που.* Vat. *τεθεῖναι*, ſaltem *τεθεῖσθαι.* Anonymus: *μετατεθῆναί που.*

ſ. 12. *Cerberum* adducit ab inferis Hercules. Hoc vtique totum commentum debetur ingeniis poetarum, qui etiam in inferis locis Herculis virtutem exploratam dare vellent. Perperam adeo ab hiſtoriis aut a geographicis rationibus

hoc

hoc petiere alii. Eſt autem Cerberus ab antiquioribus in aditu regiae Plutonis conſtitutus, non in oſtiis Orci. Etiam in hoc labore exequendo Mineruam ducem habuit Hercules: Il. ϑ, 336 ſq. vbi Schol. Apollodorum ante oculos habuit, et in compendium verba redegit. Antequam ad inferos deſcenderet, initiandum ſe tradidit Eleuſiniis. Fuit adeo iam tum, cum haec fabula infereretur Heracliis, opinio aliqua, initia Eleuſinia iis, qui ad Manes deſcenderent, aliquo modo prodeſſe, et initiatos in inferis verſantes fructum aliquem ex his teletis capere. πρὸς Εὔμολπον εἰς Ἐλευσῖνα. antea πρὸς Ἐ. altero loco εἰς repoſui ex Schol. Homer. Etſi et Anonym. παραγίνεται πρὸς τὴν Ἐλευσῖνα. *Eumolpus* hic e binis vel trinis vter fuerit, dubitatur: ſaltem ſerior eſſe debuit. v. inf. ad III, 15, 4. Schol. Sophocl. Oed. Col. 1108. Diodorus Muſaeum nominat: IV, 25. ξένοις accipiendum de iis qui Athenienſes non eſſent, Hellenes

nes tamen; nam Hercules vtique Hellenica ſtirpe oriundus erat; quod mox *τότε* interponitur, fit reſpectu ſequiorum temporum, quibus peregrini admiſſi Herodot. VIII, 65. vbi quotannis myſteria Eleuſinia celebrari ab Athenienſibus profeſſus, ſubiicit: *καὶ αὐτέων τε ὁ βουλόμενος, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, μυεῖται.* mos tamen ferebat, vt, qui recipiebatur, antea inter ciues adſcriberetur: itaque Hercules ab Athenienſi aliquo Pylio adoptatus et ciuitatis iure donatus eſt. Ita et Dioſcuros narrat Plutarch. Theſ. p. 16. A. initiatos, cum arrogati eſſent ab Aphidno, adeoque in ciuitatem adſcriptos, *Ἀφίδνου ποιησαμένου παῖδας, ὡς Πύλιος Ἡρακλέα.* Porro Eleuſinia minora haec fuere, quibus Hercules initiatus eſt, illo ipſo tempore primo inſtituta. cf. Schol. Ariſtoph. Plut. 1014. et ibi nota Hemſterh. At Diodorus eum, minoribus iam antea *πρὸς τὸν καθαρμὸν τοῦ Κενταύρων φόνου* initiatum, nunc ſub deſcenſum ad inferos maiora Eleuſinia adiiſſe

iiſſe narrat. v. Weſſel. ad Diod. IV, 14. vnde apparet, non ſatis expedite haec narrata eſſe nec a Diodoro nec a noſtro. Illis: *ἐπειδήπερ θετὸς Πυλίου παῖς γενόμενος ἐμυεῖτο* vitium adhuc inſidet, etſi ſublatum alterum, quod antea erat: *ἐπειδήπερ Θέσπιος Π. π.* ſiue vt cum codd. habet ed pr. *Θέστιος*. natum hoc ex *θετὸς*, vt iam Aegius monuit, et poſt eum Faber, Gal. et Hemſterh. ad Plutum l. c. p. 367. Schol. Hom. l. c. *ἦν δὲ οὐκ ἐξὸν ξένοις τότε μυεῖσθαι. δι' ὃ γίνεται Πυλίου θετὸς υἱὸς, καὶ παραγενόμενος ἐμυεῖτο.* Quod adhuc inſidet vitium, latet primo in *ἐπειδήπερ*, ortum ex ſeqq. verſſ. *ἐπείπερ.* Dixeris legendum forte: *ἔπειτα.* nam *δι' ὃ* longius recedit. At reſtat vel ſic alterum vitium in *ἐμυεῖτο.* non enim hoc nunc factum eſt, ſed paullo poſt, cum a caede eſſet luſtratus: nam ſequitur: *μὴ δυνάμενος ἰδεῖν τὰ μυστήρια* (quomodo hoc ſi *ἐμυεῖτο*?) — *ὑπὸ Εὐμόλπου τότε ἐμυήθη.* Dicat aliquis alterum de minoribus, alterum de myſteriis maioribus eſſe

eſſe intelligendum; in quem ſenſum illud: ἰδεῖν τὰ μυστήρια Gale accipit, vt ſit ἐπόπτην εἶναι, ἐποπτεύειν: Ita vero parum commode eodem verbo diuerſis temporibus vſus eſt: ἐμυεῖτο — ἐμυήθη. Mihi totus locus interpolatus, et ſaltem iſta ἦν δὲ — ad ἐμυεῖτο ab aliena manu iam antiquitus inſerta eſſe videntur. Mox Schol Hom. οὐχ ἡγνίσθη τοῦ τῶν Κενταύρων φόνου vtique melius, ſaltem τῶν Κενταύρων tenendum: ἢ. τὸν τῶν Κενταύρων φόνον. Cur autem horum potiſſimum caede pollutum crediderint Herculem, qui tot alias caedes commiſerat, non apparet. ἁγνισθεὶς ὑπὸ Εὐμόλπου τότε ἐμυήθη. ita interpunxi, non: ἁγνισθεὶς ὑπὸ Ε. propter τότε. et Anonymus: μυηθεὶς ὑπ' Εὐμόλπου. nec aliter Tzetza v. 394 l. c. οὗ τῆς Ἅδου καταβάσεως τὸ στόμιόν ἐστι. Schol. Hom. l. c. ὁ τῆς Ἀ. κ. ἐστὶ στόμιον. forte τῆς εἰς Ἅδου κ. κατήει. repoſui ex eod. Schol. pro incommodo ἀπῄει. In Tzetza eſt κατιχθείς.

In

In feqq. nonnulla funt, quae alibi vix occurrunt. *Gorgonem* poeta, quisquis haec commenta excogitauit, ex Od. λ, 604. 633. petiit. Omnino is Necyiam videtur adornaffe ad imitationem Homeri. Occurfum Meleagri memorat quoque Schol. Il. φ, 194. vbi ille fororem Deianiram commendat Herculi. Pro κενὸν εἴδωλον vitiofe codd. etiam hic κοινὸν, καινόν. Mox γάμου Dorv. Fabula *de Thefeo et Pirithoo*, quantum affequi licet, ex Heracliis originem duxit, multo magis ea in Thefeide tractari debuit; vnde tanta narrationis varietas. cf. ad Virgil. Aen. VI, 617 fq. Obferuandum et illud, in vtroque carmine *Necyiam* comprehenfam fuiffe, qua res inferae exponerentur; adde aliam in rebus Bacchi, aliam, vt e Pauf. X, 28. p. 868. difcitur, in Minyade, aliam ἐν Νόστοις. Adeo poetarum ingenia in rebus inferis defcribendis defudarunt! Quod ad fabulam de Thefeo et Pirithoo attinet, apud Homer. Od. λ, 630. illi adhuc erant in inferis;

Ee vnde

vnde et ſua duxit Virgil. l. c. *ſedet aeternumque ſedebit infelix Theſeus.* Sedebant vtique vincti; quod et Horatius ſequutus eſt, III. Carm. 4. extr. aucta mox res in miraculum, vt ſederent adhaerentes miro modo adglutinati ſaxo: cf. Schol. Hoc ad Panyaſin auctorem refertur ap. Pauſan. X, 29 extr. idque ſequitur Apollodorus. Pirithous hinc dictus ἄπυγος. Eudocia p. 47. neſcio vnde. Similia apud Apoſtol. III, 81. in ἀπόγλουτος, et in λίσποι apud Svid. et Heſych. vbi v. Intpp. add. Ouwens doctiſſ. vir. Noct. Hag. p. 21. 355. Alii Theſeum rediiſſe narrarunt, Pirithoo relicto, quod et noſter ſcriptor ſequutus eſt. cf. Schol. Apollon. l. c. Alia v. apud Meurſ. Theſ. 27. Meziriac, ad Ouid. Epp. p. 145 ſqq. Intpp. Hygin. f. 79. n. 14. vbi vterque rediiſſe dictus, vt et apud Diod. IV, 26. Erat olim carmen de Theſei et Pirithoi deſcenſu ad inferos, quod Heſiodo tribuebatur, teſte Pauſan. IX, 31. p. 772. A. δεθέντα. imo δεθέντας, nam vterque

que fuit vinctus v. Diod. IV, 63. — ἀναστησάμενοι Vat. male. ἤγειρε h. e. ἀνέστησε de sede. De *Afcalapho* cf. fup. I, 5, 3. Ouid. Met. V, 599 fq. — βουλόμενος δὲ, voluit adeo Hercules vmbras alloqui aut futura ex iis cognofcere, vt Vlyffes in Odyffea. *Menoetius.* Μενοίτης etiam hic Dorv. Vat. Reg. 3. vt fup. f. 10. p. 133. Not. p. 398. et forte rectius. Μενοίτιον tamen etiam Tzetza legit v. 397. et Κευθωνύμου. at Pal. σκυθωνίμου cum Reg. 3. προκαλεσάμενος. male erat προσκ. quod iam Faber emendare iuffit. Sed et feqq. funt contaminata: ληφθεὶς μέσον, quafi κατὰ τὸ μέσον, putes μέσος, quod iam Fabro et Galeo vifum; κατεάξας de Menoetio non bene dictum, cum defideretur vox paffiui fignificatus, κατεαγὼς, nam κατεαγέναι voc. luctae et pugilatus: vt notum illud: κατεαγὼς τὰ ὦτα. παρῃτήθη. proprie mors Menoetii: quam deprecata eft Proferpina. Omnia haec non minus vitiofe exfcripta funt a Schol. Homer. l. c.

Il. ϑ, 368. nec Tzetza aliter legiſſe videtur quam nunc ſunt v. 398. Ceterum Orci regia h. l. inſtructa fuit ad morem heroum aula et ſtabulis, quibus armenta haberentur. Mox πύλαι τοῦ Ἀχέροντος memorantur, quaſi hic non fluuius, ſed locus ac tractus inferorum eſſet.

(p. 143. II, 5, 12.) ante περιβαλὼν deleo καὶ, at paullo poſt κρατῶν ἐκ τραχήλου, deficit δὲ, quod et Schol. Homer. l. c. habet, vt ſit κρατῶν δὲ τοῦ τρ. Tzetza v. 403. ἐκ τοῦ τραχήλου κατασχών. pro ἀνῆκε Pal. ἀφῆκε. mox ἔπεισε, quod et Schol. Homer. habet, erit: *permouit, coegit vt ſe victum daret* et Herculem ſequeretur; melius Gale coni. ἔπιεσε, *arcte adductis brachiis ſtrinxit.* ἧκε διὰ Τροιζῆνος. poſt ἧκε antea inſertum erat πρὸς Εὐρυσθέα, inepte, vt ſuſpicor ab ipſo Aegio; nam a Pal. D. M. Regg. abeſt. Tum συλλαβὼν οὖν αὐτὸν, poteſt ferri; potuit vero nec minus eſſe αὐτὸ ſc. τὸ θηρίον, quod proximum erat. Secundum Pauſan. II, 31. in medio foro

Troe-

Troezenis erat templum Dianae Sofpitae (Ἀρτέμιδος Σωτείρας) ἐν τούτῳ δέ εἰσι τῷ ναῷ βωμοὶ θεῶν τῶν λεγομένων ὑπὸ γῆς ἄρχειν· καί φασιν ἐξ ᾅδου Σεμέλην τε ὑπὸ Διονύσου κομισθῆναι ταύτῃ, καὶ ὡς Ἡρακλῆς ἀναγάγοι τὸν κύνα τοῦ ᾅδου. Contra Hermionenfes, qui funt et ipfi in Argolide, apud fe in area ad Chthoniae templum prodiiffe Herculem cum Cerbero ferebant: v. Pauf. II, 35. extr. cf. fup. Not. p. 57. ἄλσος Χθονίας eft ap. Eurip. Herc. fur. 615. *Afcalaphum*, de quo paullo ante vidimus, nunc *Ceres* ἐποίησεν ὦτον. hoc iam Aegius repofuiffe fe fatetur pro ὄνον, ex Metam. Ouid. V, 540. vbi bubo fit Afcalaphus; apud Liber. Ant. 24. mutatur in lacertam. In codd. eft ὄνον, Pal. ὦνον. fed ὦτος, auis noctuae fimilis, ὠτὸς apud Hefych. vbi v. Intpp. Add. Verheyk. ad Ant. Lib. c. 24. extr. Ceterum totum hoc de Afcalapho alienum ab h. l. eft, et haud dubie in margine adfcriptum. μὲν ante οὖν aberat Pal. et Reg. 3.

CAP. 6.

§. 1. Quae abhinc ſuperioribus X. ac XII. laboribus adiiciuntur, pleraque a poetis tractata eſſe puto, qui poſt primores et antiquiores poetas in hoc argumento elaborarunt. Praereptis ſcilicet communioribus et vulgaribus fabulis ad magis reconditas, etiam hiſtorias, deueniendum fuit. *Megaram a ſe dimiſſam Hercules elocat Iolao.* De *Megara* ſup. II, 4, 11. p. 113. Conſentit cum Apollodoro Diod. IV, 31. Megaram ab Hercule inſaniente cum liberis (ſup. p. 114.) interfectam tradiderant alii. Tragici, ſaltem Euripides in Herc. fur. interpoſuere poſt Herculis reditum fabulam de Lyco Thebanorum tyranno Megarae cum filiis caedem parante: quem Hercules vltus a Iunone in furorem coniectus liberos cum matre interficit. Eadem fere ex Aſclepiade Schol. Od. λ, 268. Conf Hygin. 31. 32. (ex Euripide) 241. vbi v. not. Scilicet varie haec tractata eſſe, iam a Steſichoro et Panyaſi, diſcimus ex Pauſ.

Pauſ. IX, 11. cf. Hemſterh. Lucian. T. I. p. 237. *Iolaus*, Iphiclis f. (ſup. II, 4, 11. p. 113.) perpetuus Herculis comes et σύμπλους. vt Eurip. Heracl. 215 ſq. cf. ſup. II, 5, 2. *Eurytus* Oechaliae rex. *Oechalia* alia Euboeae, Theſſaliae alia, alia Meſſeniae. cf. laudd. ad Hygin. f. 35. Nunc Euboeae vrbem eſſe intelligendam, apparet vel ex ſ. 2. add. inf. II, 7, 7. Sic et ap. Sophocl. Trachin. et al. De *Euryti* ſeu prudentia ſeu aſtutia v. inpr. Sophocl. Trachin. 205 ſq. vbi eadem, quae hic, narrantur, add. Schol. ad e. l. et ad v. 358. vbi idem affert diuerſa ex Pherecyde et Menecrate. Noſter ſequitur Herodorum, vt ex Schol. Euripidis Hippol. 550. (545) colligo. De *Iphito* cf. Diod. IV, 31. Schol. Il. ε, 392. Intpp. Hyg. f. 31. De reliquis Euryti filiis locus claſſ. Schol. Sophocl. Trachin. 270. Deioni ſeu Deioneo, qui vnus ex iis eſt, Theſeus collocauit in matrimonium Perigunen: Plutarch. Theſ. p. 4 D. προτεθῆναι τὸν 'I. immo προθεῖναι,

ναι, vel προτιθέναι, vt et Faber emendat, aut potius προτεθεικέναι, quo alludit Vat. προτεθεῖναι. At Dorv. προθαῖναι. Nomen Εὔρυτον deerat Reg. 3. excidit quoque ed. Par. νικήσαντι τοξικὴν Pal. D. V. Reg. 3. τοὺς πέντε παῖδας legiſſe videri poteſt Tzetza Chil. II, 412. ſed et aliunde petere potuit. τὰ γενησόμενα, cum Pal. pro vulg. γεννησόμενα. Faber emendabat γεννηθησόμενα vel γεννηθέντα. Ceterum h. l., etſi memoria non ſatis fida, reſpicere videtur Schol. Sophocl. Trachin. 268. Herculem Eurytus ἐπεῤῥόθησεν, ὕβρισεν, ἢ εἰς τὴν παιδοκτονίαν τῶν ἀπὸ τῆς Μεγάρας τέκνων, ἢ ὅτι πολλαῖς πρώην ὡμίλησε γυναιξὶν, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος.

ſ. 2. βοῶν. ἵππους Diod. l. c. ſubſtituit. cum Tzetza l. c. 417. qui tamen hunc locum exſcripſit. Scilicet ita Homerus tradiderat, cuius locus claſſ. eſt Od. φ, 22 ſq. vbi Schol. ex Pherecyde alia ſupplet; item Sophocl. Trach. 273. Schol. Il. ε, 392. Diod. IV, 31. Quod furens

h.

h. l. facit Hercules, alii ante furorem flagitiose commissum narrant. ἐκ Φερῶν cf. sup. I, 9, 15. Pal. Vat. R. 3. ἐκΦορῶν. παρακαλεῖ. Pal. περικαλεῖ. Tzetza: ἐξήτει αὐτὰς Ἡρακλῆ. μανεὶς, iterum Iunonis ira. Tzetza v. 422. καθαρθῆναι. Diod. l. c. παρεκάλεσεν αὐτὸν καθᾶραι τὸν Φόνον, quod ex h. l. defendit Wessel. *Neleus.* v. sup. I, 9, 9. a Neleo reiicitur Hercules. cf. Schol. Il. λ, 689. mox poenam exigit c. 7, 3. cf. Aelian V. H. IV, 5. Recusauit quoque Hippocoon lustrare eum: Paus. III, 15. p. 244. *Deiphobum*, Hippolyti f. etiam Diodor. memorat l. c. Arcadum regem appellat Schol. Il. ε, 392. (quem exscripsit Eudoc. p. 305. 6.) h. l. tamen Amyclis ille habitauit. Post κατασχεθεὶς excidit οὖν vel ex more δὲ, et νόσος est μανία. Tum Pal. καταλλαγεῖν ἐπυνθάνετο. Bis adeo Delphos adiit Hercules, sup. II, 4, 11. et hic. |Mox haud dubie leg. κατασκευάζειν sc. ἤθελε. De abducto *tripode Delphico* et *pugna Herculis cum Apolline* cf. ad Hygin.

 f. 32.

f. 32. In aereo opere Delphis apud Pausan. X, 13. p. 830. Latona, Diana et Minerua interueniebant pugnae. Extat quoque gemma vetus cum Hercule tripodem auferente v. c. in Gorii Museo Etrusco T. I. extr. ἵησι μέσον αὐτῶν κεραυνόν. sup. II, 5, 11. p. 137. βληθεὶς κεραυνὸς μέσος ἀμφοτέρων. alioqui εἰς μέσον malis. παραθέντι, Pal. Reg. 3. — λατρεύσαντι ex codd. reposui, pro vulgari δουλεύσαντι. est altera vox propria, vt sup. c. 4, 12 extr. δόντι ποινὴν τοῦ φόνου, sc. ne caedem factam vlciscerentur necessarii, paciscendum erat de pretio: quod nunc est argentum pro vendito Hercule, (ἡ τιμὴ τοῦ πραθέντος) Pretium trium talentorum est apud Schol. Od. φ. 23. vnde apparet, ex Pherecyde fere haec esse hausta. cf. Diod. IV, 31. Ceterum etiam hic videmus sortem de remedio morbi a deo petitam.

f. 3. *Hercules Omphalae seruit.* Factum hoc esse sub tempus expeditionis argonauticae, supra vidimus I, 9, 19. extr.

extr. Mercurius eum vendit. v. Schol. Od. φ. l. c. Hygin. f. 32. et ibi Intpp. cf. Musaeus v. 150. 1. Apud Diod. l. c. eſt vnus ex amicis, a quo venit Hercules. Ἰορδάνου D, V. R. 3. ſollenni vitio. τοὺς μὲν παρὰ τὴν E. Vat. D. Reg. 3. περὶ τὴν E. De *Cecropibus* v. Diod. IV, 31. et quos laudat Weſſel. κέκροπας habebant Aegii libri: κέρκωπες Reg. 3. et al. συλλαβὼν ἔδησεν et ad Omphalen adduxit, vt Diod. l. c. *Syleus*: cf. Diod. l. c. Fuit Fabula Euripidis hoc nomine, quae ſi ſuperſtes eſſet, non fugeret nos, quid pro ἐν Αὐλίδι ſubſtituendum ſit. Nam corruptum eſſe non dubito; etſi Weſſel. ad Diod. l. c. locum ἐν Αὐλίδι vel ἐν Αὐλαῖς eſſe potuiſſe contendit. Galeus ex Tzetza v. 431. τὸν Λύδιον, Pierſ. Veriſim. ἐν Λυδίᾳ emendat, neutrum probabiliter. Hariolari licet ἐν αὐλῶνι, in *campo* vel *conualle*, aut ἐν ἀμπελῶνι, quod et in Diodoro eſt, quodque Tzetza habet v. 432. noſtrum exſcribens. Sine grauiore tamen aucto-

ritate

ritate nihil admittam. Apud Cononem c. 17. Syleus in Theſſalia eſt, et fabula alio modo tractata. Ceterum in Lydia etiam *Lytierſen* ſuſtulit, (Schol. Theocr. 10, 41.) et *Polyphemi vrbem* deleuit: και ενεπυρισε πολιν Πολυφαμου, Marm. Farneſ. l. 10. 11. Male ibi Corſin. ᾤκησε, (voluit ᾤκισε.) Plura de Hercule narrata nunc obſcura ſunt, vt ibid. quod Tirynthem redux templum Enyalio condidit. σὺν ταῖς ῥίζαις τὰς ἀμπέλους σκάψας, erit adeo: *fodiendo excidens.* Alias dicitur quis σκάπτειν γῆν, ἀμπελῶνα forte et τὴν ἄμπελον. ſuſpicor tamen leg. κόψας, ἐκκόψας. Ξενοδόκης Vat. ἀντὶ Δολίχης Ἰκαρίαν. eſt ἡ Ἴκαρος, de qua v. Steph. Byz. h. v. vbi Δολιχὴ ſcribitur. De re cf. Pauſ. IX, 11. p. 732. ἐν Πίσῃ ex emendatione legitur Galei et Hemſterh. ad Heſych. in πλήξαντα καὶ πληγέντα, e quo, et ex Euſtath. ad Il. λ, 882, 38., firmatur, quod hic legitur. Vulgatum erat ἐν πίσσῃ, *in pice*, aut vt vertunt, *e picea.* λέγεται τὸν ἐπὶ K.

πλοῦν

πλοῦν. ab Herodoro ſic traditum: iam ſup. I, 9, 19. p. 59. εἰς τὸν Ἰσθμὸν κατ-ᾶραι, legebatur καθᾶραι. Dorv. καθάρει. Vat. καθάραι. ſed κατᾶραι iam a Cantero emend. Nov. Lect. III, 13. *profectum eſſe, vt Sinin e medio tolleret*: cf. inf. III: 16, 2. εἰς male abeſt a Pal. Med.

ſ. 4. *Troia expugnata ab Hercule.* cf. Hygin. f. 89. et ibi Intpp. vltus ille hoc modo perfidiam Laomedontis, de qua ſup. II, 4, 9. extr. πεντηκοντόροις ὀκτωκαίδεκα. ſex nauibus ap. Homer. Il. ε, 641. obſeruante hoc ipſum Diodor. IV, 32. et 49. extr. item qui Apollodorum ante oculos habuiſſe videtur, Schol. Lycophr. 34. (et ex hoc Eudoc. p. 344.) tandem Tzetza Chil. II, 443. qui et ipſe hunc locum ante oculos habuit. Forte error natus ex ſiglis numerorum. ἀνδρῶν ἀρίστων. in his *Telamon* et *Peleus*, vt ap. Pindar. et al. item Farneſ. tab. I. 19. etiam *Oicles*, quem Diodor. IV, 32. quoque memorat, pater Amphiarai, et Mantii f. Pauſ. VI, 17. p. 494. qui et eius

eius monumentum in Arcadum finibus memorans expeditionem ad Troiam meminit VIII, 36. p 673 extr. Fuit et fabula Sophoclis *Oicles.* ὑπὸ τῶν μετὰ Ἡ. ἐπολιορκεῖτο iungenda. τῆς δὲ πολιορκίας ἐνεστώσης, *cum non remisse fieret oppugnatio, sed summa cum vi,* dictum esse debet pro τῶν δὲ πολιορκίᾳ ἐνεστώτων. De *Telamone* loc. class. Pind. Ol. 8, 41. 59. Nem. 3, 61. Isthm. 6, 39 sqq. pro ῥήξας quod et Schol. Lycophr. 34 ex h. l. agnoscit, malit ἐρείψας Lennep. ad Phalar. p. 20. quod aliis locis felicius ille intulit. post συνιδὼν excidit δὲ, quod noster haud facile negligit. τί πράττοις Pal. D. M. τί πράττοις Vat. R. 3. Καλλινίκου. Schol. Lycophr. 469. eadem narrat, ex Hellanico: quem adeo ante oculos habuit noster, sed idem Ἀλεξίκακον habet. Καλλίνικος Hercules Olympiae apud Archilochum fuit: v. Schol. Pind. Ol. 9, 1. ἀριστεῖον. haec sunt τὰ πρῶτα καλλιστεῖα illa apud Sophocl. Aj. 434. vbi cf. Schol. et v. 1317. add. Schol.

Il.

Il. ϑ, 284. Post θυγατέρα δίδωσι legebatur: ἐξ ἧς ὕστερον Τελαμὼν τὸν Τεῦκρον γεννᾷ. desunt ea omnibus libris; et inserta sunt interpolatione Aegii ex Schol. Lycophr. 34. De *Priamo* antea *Podarce* dicto narratio ex etymologia ducta videtur: captum illum vendi pro seruo necesse visum; soror fratrem emit et emancipat; emtionis pretium fuit flammeum. τί ποτε δοῦσαν ἀντ' αὐτοῦ. *solventem pro ipso, dantem quodcunque tandem illud esset*, ita rescripsi, etsi malim ὅ, τι ποτὲ δ. sed illud codd. auctoritate stabat; interpolauerat Aegius τὶ δή ποτε, etsi codd. eius dabant: τίποτε δοῦσαν ἀντ' αὐτῶν. Pal. D. M. R. 3. τίποτε δοῦσ' ἀντ' αὐτῶν. Vat. τίποτε δοῦσ' ἀντ' αὐτοῦ Mox χρυσῆν et ipsum abest a codd., intrusum ab Aegio ex eod. Schol. Lycophr. v. 337. et 335. at deest vox in Schol. 34. et ipse Lycophron: ὁ πρὸς καλύπτρης τῆς ὁμαίμονος τάλας ὠνητός. ad eum prouocat Eustath. ad Il. α. p. 27, 20. quem exscripsit Eudoc. p. 345.

CAP.

CAP. 7.

§. 1. *Hercules Con insulam adnauigat:* quam *Meropes* tenebant: v. Pind. Isthm. 6. 46. N. 4. 42. Schol. Il. α, 590. s. Spanh. ad Callim. in Del. 160. et alios in not. ad Hygin. p. 459. et ad Anton. Lib. c. 15. pr. Alia narratio in Quaest. Gr. Plutarcho tributis sub f. p. 304. Ea quae de Iunonis fraude et punitione sequuntur, nota sunt ex Il. ξ, 250 sq. ο, 18 sq. — τὴν νύκτα. haec est librorum lectio, quam e Tzetzae Chiliad. (locum non reperio) se mutasse in νῆσον Aegius fatetur. Sane desiderabam τὴν πόλιν. non enim insulas expugnabat Hercules, sed vrbes. Mitscherlich. coniiciebat αὐτήν. Cum nihil satisfaceret, reliqui νύκτα, h. διὰ, κατὰ νύκτα, *noctu.* Schol. Il. ξ, 255. βιασάμενος δὲ, καὶ ὡς λῃστὴς ἐπιβὰς, ἀνεῖλε τόν τε Εὐρύπυλον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ. — Εὐρυπύλοιο πόλιν appellat Con Homer. Il. β, 677. at ibi Herculis et Chalciopes filius editur in Schol. et ab Eustath. At Scholia ad Il. ξ, 255. conueniunt

niunt cum nostro; filium Thessalum ex Chalciope inf. c. 7, extr. videbimus. cf. Pind. N. 4, 42. et Schol. ad e. l. — *Chalcodon* videtur esse idem qui Chalcon apud Theocr. 7, 6. cuius mater Clytia, Meropis f. in Schol. Diuersus est Chalcodon, Abantis f. in Euboea natus, victus ab Amphitruone et caesus in pugna cum Euboeensibus: Paus. IX, 17. p. 743. 747. cf. Eustath. ad Il. *β*, 542. p. 281. extr. *καὶ Διὸς*, immo *ἀλλὰ Διὸς*, vel *Διὸς δέ*. *δι' Ἀθηνᾶν* vix sanum hoc: saltem deb. *δι' Ἀθηνᾶς* vt supra I, 6, 1. vbi Iupiter *Ἡρακλέα σύμμαχον δι' Ἀθηνᾶς ἐπεκαλέσατο*. Faber coni. *δι' Αἰγαίου*. Herculem cum diis debellasse Gigantes sup. vidimus I, 6, 1. 2. Pugnam cum Alcyoneo gigante diserte exponit Pindar. N. 4, 42 sq. et Herculem cum Gigantibus pugnantem memorat N. 1, 100. cf. Diod. IV, 15. partem eorum, quae in Italiam confugerat, ad Phlegram Campaniae deleuit: Strab. IV. p. 430. extr. (281.)

ſ. 2. *Expeditio Herculis aduerſus Augeam*. cf. ſup. c. 5, 5. Diodor. IV, 33. Αὐγείαν, Αὐγείας, et hic vulgo. Ἀρκαδικὸν στρατόν. quia ab Euryſtheo Tirynthe excedere coactus Pheneum Arcadiae conceſſerat: Diodor. l. c. Pauſ. VIII, 14. ἐθελοντὰς ſcripſi, vt ſupra p. 128. pro ἐθέλοντας. quod ſequitur τῶν ἀστῶν vitio natum ſuſpicor ex ἀριστέων, et propterea vncinis incluſi. Scribendum tamen l. τῶν ἀπὸ τῆς Ἑ. ἀ. l. ἀπὸ τῶν τῆς Ἑ. ἀ. Ἠλίων Pal. R. 3. *Eurytus* et *Cteatus*, Actoris et Moliones filii: Homero memorati Il. β, 621. ψ. 638. ſq. Cum iisdem Amarynceus in ſocietatem belli venerat: Pauſ. V, 1. Ad narrationem, quae ſequitur, cf. Pind. Ol. 10, 30 ſq. et ibi Schol. et Schol. Il. λ, 708. cum Pauſan. V, 2. Pugnauerant illi iam antea, Augeae et Elidenſibus auxilia ferentes, aduerſus Pylios et Neſtorem: Il. λ, 708. 749. συμφυεῖς. ita vnum tantum vterque corpus conſtituiſſent. f. leg. διφυεῖς, vt et Schol. Il. λ, 708. cum Eu-

Eustath. οὗτοι παρηλλαγμένην φύσιν τῶν λοιπῶν ἔσχον ἀνθρώπων· διφυεῖς γὰρ ἦσαν, ἔχοντες ἑκάτερος δύο κεφαλὰς, τέσσαρας δὲ χεῖρας, πόδας τοὺς ἴσους, ἓν δὲ σῶμα. διὰ τοῦτο τοὺς πολεμικοὺς καὶ γυμνικοὺς ἐνίκων ἀγῶνας. additur: narrationem esse ex Pherecyde petitam. Μολιόνης. mater *Molione*, a qua et ipsi Μολιονίδαι, Μολίωνε apud Homer. (vt ap. Pindar. Φιλλυρίδης a Philyra matre Chiron; nec aliter *deus Semelëius*, *Danaëius heros*) a patre autem Ἀκτορίωνε et Actoridae. Μολίνης male Pal. D. V. R. 3. *Actor* h. l. frater Augeae. At Phorbantis Lapithae et Hyrmines f. ille est Pauf. V, 1. extr. diuersus vtique ab Actore Deionis f. de quo Not. p. 100. Filiorum monumentum Cleonis viderat Pauf. II, 15. p. 144. Duxerant Dexameni duas filias, et susceperant ex iis Amphimachum et Thalpium, qui apud Homerum copias ad Troiam duxere, V, 3. p. 380. κατὰ τὴν στρ. reposui, assentiente D. et R. 3. pro μετὰ τὴν σ. νοσεῖν. non

apparet, an tunc quoque inſanierit: vt νοσεῖν ſupra c. 6, 2. τότε μὲν οὖν οὐκ ἀνεχώρησεν. res ipſa arguit οὐκ eſſe vitium ex οὖν natum; recedit vtique Hercules et copias abducit domum re infeliciter geſta; vnde mox *Iſthmiade abhinc tertia* redit; ita enim videtur accipiendum, vt vna et altera Iſthmias interceſſerit; agebantur autem Iſthmia tertio quoque anno, vt adeo hoc quatuor vel quinque annorum interuallum eſſe debuerit. Nec ſi tertiam omnino Iſthmiadem tunc actam putes, vetat id ipſa temporum ratio: ſi quidem in Palaemonis honorem, ſeptem annos ante Nemea ab Argiuis ducibus inſtituta, celebrata fuere Iſthmia, inſtaurata autem a Theſeo, poſtquam Sinin occiderat. Victum Herculem ab Actoris filiis alteris Olympiis tradiderant ap. Zenob. V, 49. At receſſiſſe eum Olenum ad Dexamenum (de quo ſup. II, 5, 5.) narratum a Diod. IV, 32. συνθύτας, intell. θεωρούς, miſſos ad ſacra facienda, qua ipſa voce vtitur hac in re Pauſan.

ſan. II, 15. p. 114. ἐνεδρεύσας: de his inſidiis v. Pind. l. c. Pauſ. l. c. Schol, Il. λ, 708. e Pherecyde. Ad ſeqq. conf. ſup. II, 5, 5. add. Schol. Il. λ, 697. e Callimacho. Diod. l. c. Pauſ. V, 3. pr. Eudocia p. 82. quae exſcripſit Schol. Homer. *Phyleus* exulatum ierat Dulichium, vnde nunc reductus regno Elidis potitur.

Olympia ab Hercule inſtituta: celebratiſſima res, et variis modis ornata, de qua multa cumulare nihil attinet. v. Pauſ. V, 7 ſqq. Strab. VIII, p. 543 ſq. Grammaticos ad Pindari Olymp. Scaligerum et alios chronographos. Corſin. in Diſſ. agoniſt. Tam varie autem de Olympiorum origine tradi nemo mirabitur, ſi reputet, tot carminibus in victores Olympios fabulas has eſſe tractatas et variatas; vt Heracleas taceam; tum temporum rerumque primos auctores ludos diuerſis aetatibus actos in epocharum numerum retuliſſe. 'Ολυμπικὸν Reg. 3. *Pelopis* aram conſecrauit, tan-

 quam

quam herois, a quo ipse oriundus erat; cum ara, lucus erat et sepulcrum: v. Pauf. V, 13. Pind. O. 1, 148. 10, 30. *Deorum XII. aras dedicauit*, δώδεκ' Ἀνάκτων θεῶν, Ol. 10, 59. et quidem aras sex; Ol. 5, 10. βωμοὺς ἓξ διδύμους. Scilicet, vt ibi Schol. ex Herodoro narrat, (nam in Pauf. V, 14. vbi de Alti agit, de aris et sacris in iis factis paullo aliter traditur, forte mutatione cum temporum progressu facta) vna quaeque ara binis diis erat dedicata, prima Ioui et Neptuno, altera Iunoni et Mineruae, tertia Mercurio et Apollini, quarta Gratiis et Baccho, quinta Dianae et Alpheo, sexta Saturno et Rheae. Ex his probabile fit, in verbis: καὶ θεῶν δώδεκα βωμοὺς ἑξῆς ἐδείματο, vitium latere in ἑξῆς, et scriptum fuisse βωμοὺς ἕξ, et sic iam coniecisse video Arnaldum de diis paredris p. 170. nisi forte aliunde doceri poterit, aras illas *ex ordine* positas fuisse. In Tabula Farnesina paullo serius, post Hippocoontem caesum Olympia insti-

ſtituuntur: l. 61. (μετα) τουτο δε παλιν εις Πισαν ελθων Διος Ολυμπιου αγωνιϛατο και αγωνα τα Ολυμπια πρωτος αγωνιστης. (forte vitio ſculptoris pro αγωνα ίστατο και αγωνισατο τα Ο. π. α.) cf. Diod. IV, 14. qui poſt taurum Cnoſſium domitum memorat Olympia, at idem ex alio auctore c. 53. poſt Argonautarum reditum inſtituta narrat. Cum Apollodoro conuenit Schol. Lyc. v. 41. et quid multa? ipſe Pind. Ol. 10, 42. 51 ſq.

ſ. 3. *Neleus cum filiis necatur.* Eadem fere, quae hic narrantur, occurrunt in Schol. Il. β, 336. ex Heſiodo ἐν Καταλόγοις, in quibus adeo plures Herculis fabulas illum perſequutum eſſe neceſſe eſt, e quibus exigua pars, pugna cum Cycno, Scutum Herculis inſcripta, eſt ſeruata. Loc. claſſ. eſt Il. λ, 689 ſq. vbi cf. Schol. et Euſtath. add. ad Il. ε, 395. cf. ſi tanti eſt, ad Aelian. IV, 5. Μετὰ δὲ τῆς Ἤλιδος ἅλωσιν. leg. μετὰ δὲ τὴν Ἤ. De *Periclymeno* et vno Neſtore ſeruato (de quo inprimis v. Il. λ, 682 ſqq.) cf.

ſup. I, 9, 9. ibidem v. de *Gereniis*, Not. p. 154. 5. Schol. Homericum exſcripſit Eudocia p. 162. περὶ Γ. Pal. D. καὶ Ἅδην ἔτρωσε. De *Orco* vulnerato Il. ε, 395. et Schol. vbi ἐν Πύλῳ de vrbe Nelei accipiendum eſſe ex h. l. firmatur: Πυλίοις βοηθοῦντα. Eodem tempore Iuno ſagitta ab Hercule vulnerata: ibid. v. 392. et Schol. id quod Panyaſis ornatius narrauerat, vt ex Clemente Alex. colligo p. 31, 10. Ipſe quoque Mars ad Pylum ab Hercule percuſſus fuit: Scut. Herc. 359 ſqq.

Hippocoontidae victi et expugnata Sparta. Haec eadem narrata ap. Pauſ. III, 15. p. 244. Diod. IV, 33. Confunduntur paſſim res geſtae huius et ſuperioris belli. Hippocoontis filii recenſentur inf. III, 10, 5. ex iis Scaeus videbatur Herodoto V, 60. eſſe auctor tripodis, ob victoriam pugilatus in templo Apollinis Iſmenii ad Thebas dedicati, litteris Cadmeis inſcripti. τὸν Λικυμνίου παῖδα, excidit nomen Οἰωνὸν, *Oeonum*, quem male

male librarii mutarunt in Hyionum. v. Pauſ. et Diod. l. c. Plut. Qu. R. T. II. p. 285. cf. Euſtath. ad Il. β. p. 293. vbi male Ἱπποθόων, et Schol. Il. α, 52. add. v. Staver. ad Hygin. p. 943. Erat autem *Licymnius* Electryonis f. ex Midea, ſup. c. 2, 4. p. 103. 4. eius mortem inf. II, 8, 2. videbimus; duo alii eius filii Argius et Melas caeſi p. 159. memorantur. *κύων τῶν Μολοττικῶν.* ita legitur ex emendatione Aegii, pro *μολπικῶν*, quod in libb. eſt. *τοῖς σκυτάλοις.* ap. Pauſ. l. c. *ῥοπάλοις.* *στρατείαν.* immo *στρατιὰν*, *στράτευμα*, *στρατόν.* Idem lapſus mox ſ. 7. p. 159. Melius paullo poſt locum habet *τὴν στρατείαν ἠρνεῖτο.* At *ἐπὶ Λακεδαιμονίαν*, quidni *Λακεδαίμονα*? *Cepheus*, Tegeae rex, Alei f. cf. inf. III, 9, 1. Pauſ. VIII, 4, p. 606. idem inter Argonautas ſup. I, 9, 16. Apollon. I, 161. cf. Burman. in Catal. Argonaut. Diuerſus ille ab altero Lycurgi f. qui ſupra in Calydonia venatione memoratur I, 8, 2. Tertius, Andromedae

ter p. 98. καὶ ante Κηφέα abest Pal. Med. Vat. D. R. 5. ἐπιστρατεύσονται male iidem codd. λαβὼν ἐν ὑδρίᾳ χαλκοῦν βόστρυχον Γοργόνος. vix ſana haec. crinis quidem ille non ignotus: ſeruabatur Tegeae in templo Mineruae Poliatidis Pauſ. VIII, 47 f. ſed non ille aereus fuit. χαλκοὺς eſt in D. χαλκοῦς in Pal. V. Regg. βόστρυχον e codd. repoſui, pro edito βόστρυχα· Res poſtulat vt ἐν ὑδρίᾳ χαλκῇ legatur. Στερόπῃ. immo Ἀερόπῃ, Pauſ. l. c. e qua filius Aeropus dictus: Pauſ. VIII, 4. f. ἐκ ante τῶν τειχῶν abeſt Pal. D. V. Regg. τὸ βόστρυχον Vat. καὶ μὴ προϊδούσης ſc. εἰς τὸν βόστρυχον. niſi fuit προσιδούσης. Ἴφικλος. qui ſupra Ἰφικλῆς p. 109. At. v. Not. ad I, 8, 3. p. 124. Weſſel. ad Diodor. p. 279, 13. et eſt ſane *Iphicles* communius. Non ſine clade accepta primum Hercules receſſerat, vulneratus quoque; Pauſ. l. c. p. 244. quod idem ex Soſibio Clemens Alex. memorat Coh. p. 31. (10.) In pugna cum Augea Iphiclem caeſum tra-

tradiderant alii, quos sequitur Pauf. VIII, 14. p. 629. Ἡρακλῆς δὲ κτείνας. quae sequuntur, laborabant vitiosa interpunctione, quam sustuli, et scriptura Τυνδαρέῳ. immo leg. Τυνδάρεῳ. quod et Reg. 3. offert. Sane inf. III, 10, 5. est Τυνδάρεων. vtrumque recte: v. ad Pauf. II, 18. p. 151. De Hippocoonte et filiis caesis cf. eund. III, 1. p. 204 extr. III, 15. Diod. l. c. In Tz. II, 452. καὶ Τυνδαρέῳ δίδωσι Λακώνων βασιλέα. vbi aut Τυνδάρεῳ est legendum, aut βασιλείαν. Diod. l. c. κατήγαγεν ἐπὶ τὴν βασιλείαν Τυνδάρεω τὸν πατέρα τῶν Διοσκούρων, καὶ τὴν βασιλείαν Τυνδαρέῳ ὡς δορύκτητον παρέθετο. Tabula Farnes. l. 56. τον Ιπποκοωντα και τους παιδας φονευσας, Τυνδαρεω συν Καστορι και Πολυδευκει φευγοντα κατηγαγε και εδωκε Λακεδαιμονα. vt iam emendatus locus a Wessel. ad Diod. p. 279, 9. Ad rem cf. inf. III. 10, 5. Schol. Eurip. Or. 457. Diod. l. c.

§. 4. *Auge* ab Hercule compressa *Telephum* edit. Iterum haec memorat noster

ſter inf. III, 9, 1. fere eadem habet Schol. Lyc. 206. cf. Diod. IV, 33. Pauſ. VIII, 48. p. 698. et aliter ex Hecataeo c. 4. p. 606. Hygin. f. 99. Etiam in ſcenam producta fabula. Ita fuit Euripidis *Auge* et *Telephus*. τεκοῦσα τὸ κρύφα βρέφος ed. Rom. ſed emendauit Commelin. κατέθετο. nam erat ipſa ſacerdos Mineruae. profanatis igitur ſacris dea irata peſtem immiſit: Si tamen Apollodorus eundem auctorem ſequutus eſt, quem altero loco, λιμὸς erit leg. *fames ex agrorum ſterilitate.* εἰσελθὼν καὶ ἐρευνήσας εἰς τὸ τέμενος. aut luxata haec ſunt, et reſtituenda: εἰσελθὼν εἰς τὸ τέμενος καὶ ἐρευνήσας, aut καὶ ἐρευνήσας a mala manu inſertum; aut auctor orationem parum expoliuit. Sane Abreſch. ad Aeſchyl. Animaduerſſ. p. 610. plura exempla congeſſit, quibus ſaltem conſtat, tam inſcitae orationis exempla occurrere plura: an ſcriptores talia ſibi permiſerint, dubito. τὰς τῆς θ. ὠδῖνας εὗρε. paullo inſolentius hoc dictum, vt poetam expreſſiſſe pu-

putandus ſit ſcriptor; *partum filiae deprehendit*, ἔγνω. Τήλεφον ἐκάλεσαν αὐτὸν, Dorv. R. 3. αὐτό. videtur nomen ductum ab ἔλαφος et θήλη, ea quidem aetate, qua inter θ et τ nondum habebatur diſcrimen. De *Nauplio* v. ſup. p. 87. et Not. p. 274. 5. ei Auge data ἐπὶ θανάτῳ inf. l. c. p. 226. Ibidem Teuthras, Myſorum rex. Eſt nimirum Teuthrania regio Myſiae ad Caycum fl. cf. Pauſ. VI, 4. p. 606. etiam vrbs apud Strabon. et Steph. Byz. h. v. τῷ Τευθρανίᾳ ed. pr. Sed emendatum a Commelin. e Palat. Τευθρανείας Reg. 3.

ſ. 5. Herculis *cum Acheloo pugna* ſuper *Deianira*. cf. Diod. IV, 34. 35. Hygin. f. 31. 33. inprimis Sophocl. Trachin. pr. ad quem Grammaticus in argum. exſcripſit (variante tamen lectione edd. Ald. Iunt. cum Turn.) hoc caput: eum ſuo more expilauit Eudoc. p. 209. add. p. 254. παραγενόμενος δὲ Ἡρακλῆς Pal. I. 3. ἐμνηστεύσατο: ſic et Schol. Soph. et Eudoc. p. 209. ἐμνηστεύετο Pal. V.

V. M. D. R. 1. 2. *Deianira*, Oenei filia, v. ſup. I, 8, 1. eam pactus erat Herculi vxorem frater Meleager in inferis: nam cum eo egerat Hercules ſup. II, 5, 12. p. 142. v. Schol. Il. Φ, 194. ἀπεικασθέντα Schol. Soph. et Eudoc. agnoſcunt; εἰκασμένον Mentel. ap. Aegium Pal. Vat. Med. tres Regii, nec male. τὸ ἕτερον τῶν κεράτων. Sic et Eudoc. cum Schol. Il. Φ, 194. θάτερον Zenob. II, 48. cum Diod. l. c. At τὸ ἀριστερὸν τῶν κ. Schol. Soph. et Eudoc. p. 212. conuenit Ouid. Met. IX, 82. contra δεξιὸν habet Schol. Lyc. 50. λαμβάνει. pro ἀναλαμβάνει. *recuperat* vel ἀπολαμβάνει, *recipit* cornu ſuum Achelous; at aliis cornu Amaltheae vnum idemque cum illo eſt: et datum pro ἕδνῳ Oeneo, ap. Strab. X. p. 703. C. vbi et alia interpretatio fabulae affertur. Sed interpretandi ratio omnino varia eſt: v. Diod. l. c. Euſtath. ad Pericg. p. 80. 81. et ex eo Eudoc. p. 254. quae ab Apollodoro apponitur, ex antiquiſſimis vna eſt, cum Pherecydem au-

auctorem habeat. *Αἰμονίου.* nomen hoc Aegius dedisse videtur ex Schol. Soph. At *'Αρμενίου*, codd. Reg. Vat. D. R. 3. *ἁρμένου* Pal. *ἁρμονίου* Reg. 1. et sic Schol. Lyc. l. c. vbi tamen codd. *αἰμονίου.* hoc et Eudoc. l. c. Oleni filia est Amalthea secundum Theonem ad Arat. 64. vbi *'Ωλενίη αἶξ* dicta. Aliis est inter Melissei filias: Zenob. l. c. v. ad Hygin. f. 182. add. P. Astron. II, 13. p. 448. et ex Didymo in Pindarum ap. Lactant. Instit. I, 22, 19. Solis filia editur ap. Eratosth. c. 13. et Hygin. l. c. Doctissimum est, quod Schol. Il. *Φ*, 194. habet, Amaltheam Oceani fuisse filiam, a qua Achelous pro munere Cornu accepit; erat autem et is Oceani filius. Variis modis tractata est haec fabula, primum in Iouis incunabulis, tum in fabulis Aetolicis Oenei et Meleagri, etiam in Heracliis, tandem in Astronomicis. Pugna autem illa simplicissime ducitur a poetarum ingeniis, qui vt herois virtutem miratione dignam redderent, cum Fluuio

con-

congreſſum eum narrarunt: Fluuius autem deus cornibus inſigniri ſolebat, quod notum eſt. δύναμιν ἔχει. potius εἶχε. et hoc Schol. Soph. ὅπερ ἂν ε. Schol. Soph. ἄφθονον. ſic codd. ἄπονον Eudoc. l. c. et ſic ed. Rom. inuito tamen Aegio, qui e cod. Farneſio alterum probabat, cum idem Schol. Soph. haberet; ſed in hoc Turneb. edidit ἄφθονόν τε καὶ ἄπονον, vt alterum ex gloſſemate eſſe appareat.

ſ. 6. Hercules ex *Aſtyoche Tlepolemum* ſuſcipit. Egit de matre et filio Mezir. ad Ouid. Epp. p. 43 ſq. ſoror Aſtyoches eſt Polymela, Il. π, 180. mater Eudori ex Mercurio. ἐπὶ Θεσπρωτὸν Pal. 'Εφύραν Reg. 3. et ſic alibi: v. ad Pauſan. p. 917. plures fuiſſe vrbes hoc nomine nota res eſt. v. Steph. Byz. h. v. et ibi Holſten. Schol. et Euſtath. ad Homer. et ſaepe. In Homero duplex occurrit Ephyra v. inf. Fragm. Apollod. περὶ νεῶν. ea, de qua hic cogitandum, fuit Epiri ad fluuium Selleentam: v. Il. β, 658. 9. Add. Strab. VIII, p. 504. B. (328.)

(328.) Φύλας. Sic Schol. Soph. Eudoc. et inf. c. 7 extr. Φύλαντος. At Pal. D. V. R. 3. cum codd. Aegii Φύδας corrupte. Verum nomen etiam ap. Homer. eſt Il. π, 181. Sed ex hoc alia difficultas ſubnaſcitur; nam ibi Phylas ad Myrmidones et Theſſaliam ſpectat; at Phyleus, Megetis pater, (Il. β, 627 ſq.) quem ſupra Dulichium fugiſſe vidimus (II, 5, 5) thoracem pro munere hoſpitii ἤγαγεν ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος. Quod in errorem induxit Diodorum, aut quem ille ante oculos habuit, IV, 36. vt et hunc Ephyrae regem Phyleum ederet. Diuerſa hic eſſe nomina confuſa, obſeruauit quoque Reineſ. Epp. 24. Phylantem idem Diod. cap. ſequ. et Pauſ. IV. 34. p. 566. memorant, ſed Dryopum regem: pro eo Laogoram noſter habet p. 158. Dryopum rex Phylas eſt etiam in Tabula Farneſ. l. 66. και Δρυοπας τε ληος (Victor. ſcheda απο) παντας ελαβε Φυλαντα τον . . . ασιλεα αποσφαξας . . εκ . . τας θυγατερας . . αυτου . . δαναης

 υιον

υιον εβετο κτησιππον ηρακλης μεν ουν τραδωνα (Vict. *τραλωνα*) *ωκοδομησε πολιν και τιρυνθιους εν αυτη κατωκισε τονιοι δεπι θρακαν* etc, quae fic lego: *καὶ Δρύοπας τελέως πάντας ἔλαβε* (f. *ἐξέβαλε*, nam eiectis iis, terram Malienfibus habitandam dedit: Diod. IV, 37.) *Φύλαντα τὸν Δρυόπων βασιλέα ἀποσφάξας. ἐκ δὲ τῆς θυγατέρος αὐτοῦ Ἀστυδαμείας υἱὸν ἔθετο Κτήσιππον. Ἡρακλῆς μὲν οὖν Τραχῖνα ᾠκοδόμησε* (fic Steph. Byz. h. v.) *πόλιν, καὶ Τιρυνθίους ἐν αὐτῇ κατῴκισε. τὸ ἔνθεν δ' ἐπὶ Θ.* Poft *ἀποσφάξας* volebam interponere *καὶ Ἀμύντορος.* fed locum nullum vacare docet infpectio tabulae; aliter igitur tradidit haec auctor quam vulgo fit; nam Ctefippus ex Aftydamia Amyntoris nafcitur: Apollod. p. 163 extr. Matrem tamen Aftydamiam etiam Diod. agnofcit l. c. Alia diuerfitas eft in filiae *Aftyoches* nomine. Aftydamiam Tlepolemi matrem memorauit Pindar. Ol. 7, 36. 43. 57. fed v. Schol. a. l. et Munk. ad Hygin. f. 162. Contra

tra Phylantis filia eſt Meda, ac verius Midea, apud Pauſan. I, 5. X, 10. cf. Weſſel. ad Diod. p. 281. 60. De *Tlepolemo* cf. praeter Pindar. l. c. et Il. β, 657. inf. c. 8, 2. Τριπτολέμου perperam legunt. Pal Vat. D. R. 3. Ante πέμψας erat καὶ, quod tollere ſenſus iubebat, ſuccinentibus P. V. R. 3. Θέστιον etiam hic Θέσπιον ed. pr. tum codd. Pal. D. Regii. cf. Not. p. 331. et inf. III, 10, 5. Sed eſt hic Theſpiarum rex, cuius L. filias Hercules grauidas reddiderat ſup. II, 4, 10. p. 111. et ex quibus L. ſuſcepti filii paullo poſt commemorabuntur ſ. 8. Miſſorum duce Iolao in Sardiniam Theſpiadarum mentionem facit diſertam Diodor. IV, 29. et Pauſ. X, 17, referri quoque ſolet res in extrema Herculis. Hic tamen loco parum commodo haec eſſe inculcata non neges. Nam ex Epiro nuntius mittitur Theſpias in Boeotiam ad Theſtium, vt pars nepotum ex filiabus remaneat, pars in Sardiniam mittatur. τεσσαράκοντα reſcripſi, vt res poſtulabat, cum Diod. l. c. et codd. Pal.

 V.

V. M. Regg. Monuit Kuhn. ad Pauſ. VII, 2. p, 554.

(p. 156, II, 7, 6.) *παρὰ Οἰνεῖ.* Longaeuus hic *Oeneus* et per plures aetates ſuperſtes fuit, vt ſup. dictum Not. p. 131. *παρ' Οἰνείην* Pal. R. 3. D. hi duo quidem in marg. *παρ' Οἰνεῖ, ὃν καὶ*, quod et e Vat. notatum; ſed *καὶ* ab indocto homine inſertum, ſenſum turbat; abeſt quoque a Schol. Soph. et Eudoc. *παίσας* iidem agnoſcunt, ſed in codd. Apollodori eſt *πλήξας*, hoc et Schol. Lyc. habet. *Εὔνομον.* ita nomen pueri traditum fuit ab Herodoro *τοῦ καθ' Ἡρακλέα λόγου* libro XVII. teſte Athen. IX. extr. vbi ab aliis nomen aliter proditum; Cyathum eum vocat etiam Schol. Apollon. I, 12, 2. Apud Diod. IV, 36. eſt Eurynomus: vbi v. Weſſel. cf. ad h. l. Aeg. et Gal. at Schol. Lyc. 50. et Tz. Chil. II, 456. *Ἔννομον* habent; in eundem modum corrupti Vat. D. R. 3. 'A. *παῖδας. ἔννομον κατὰ χ. διδόντι σ.* *κατὰ χειρῶν διδόντα.* ſc. *ὕδωρ.* ſollenni ellipſi; idque de lotione ſub coenae

nae exordia; nam poſt coenam ἀπονίψασθαι vox propria eſt, ſi fides habenda Schol. Ariſtoph. ad Veſp. 1211. Notauerunt Atticiſtae κατὰ χειρὸς dici, non κατὰ χειρῶν. inani tamen, vt tot alia, ſubtilitate id tradi, obſeruatum eſt ad Thom. Mag. et Heſych. κατὰ χεῖρας. Male Aegius vult h. l. eſſe idem ac οἰνοχοεῖν, quia apud Pauſ. II, 13. res ita traditur, vt puer in propinando ſeu praebendo diſplicuerit. Verum diuerſis omnino modis narratio facta. Schol. Apollon. I, 1212. (et hinc Eudoc. p. 211.) ὅτι αὐτῷ (Herculi) τὰ ποδόνιπτρα ὕδατα ἀγνοῶν ἐπὶ τῶν χειρῶν ἐπέχεεν. Similiter fere Suidas in κονδυλίσας. Apud Diod. ſimpliciter: puerum ἁμαρτεῖν ἐν τῷ διακονεῖν. Proxime cum noſtro conuenit Hellanico apud Athen. l. c. τὸν δὲ τῷ χερνίβῳ ῥάναντα παῖδα, δόντα κατὰ χειρὸς Ἡρακλεῖ ὕδωρ. Schol. ad Lyc. 50. corrupit rem miro modo: κατὰ χειρῶν αὐτὸν φιλικῶς πλήξαντα. mox ἀκουσίου γεγ. Schol. Soph. et Eudoc. ſed

